


1489/21



*Przew. X. kat. jezuitowski
od X. Chodkowskiego z Włocławka*

dubl.

MONUMENTA HISTORICA

DIOECESEOS

*numeri 14, 15, 20, 21
płata 2*

WLADISLAVIENSIS.

XXI. *1598.*



WLADISLAVIAE.

SUMPTIBUS CLERI DIOECESANI.

Typis Arminii Neuman.

1901.

79

*N. 1403 t. XXII : wzmianka historyczna z 1594 (Kiełman i inni)
Odczyty z muralu wrocławskiego w 1906 r.*



№ 1056.

01489

APPROBATUR.

Wladislaviae, die 17 Martii 1900 anno.

Episcopus Wladislaviensis seu Calisiensis

† A. BERESNIEWICZ.


Regens Cancellariae Can. Col. Cal. C. Puacz.

О Д О Б Р Е Н О .

гор. Влоцлавекъ, Марта 4 (17) дня 1900 года.

*Судья Суррогатъ
Прелатъ Ст. Ходыньскій.*

Секретарь Кс. Фр. Мирецкій.



Дозволено Цензурою.

Варшава 22 Мая 1901 г.

646

REVISIO ECCLESIARUM PAROCHIALIUM
IN DECANATU RADZIEIOVIENSI
per Ven. **Mathiam Dąmbrowski**

Archidiaconum Crusviciensem, Praepositum Służewien-
sem, Commissarium ab Illmo ac Rdmo Domino Dno.

Hieronymo comite a Rozdrażów

Dei Gratia Episcopo Wladislaviensi et Pomeraniae
per totum Archidiaconatum Wladislaviensem deputatum,
Anno Domini 1598, mense Octobri peracta.

Reddita Eidem Illmo ac Rdmo Dno ultima mensis Januarii, Anno
Dni 1599 Raciażii.

Ad laudem et gloriam DEI Optimi Maximi promovendam.

Visitatio Ecclesiarum Dioecesis Wladislaviensis
de anno 1598.

Quasi corrigens praeteritas Visitaciones, Rev. D. *Lucae ab Uniejow*
Archid. Wlad.

Decanatus Radzieioviensis

hus habet Ecclesias parochiales:

Radzieiów, Chełmee, Kaczewo, Piotrkowo, Lubo-
tyń, Brdowo, Iżbica, Orle, Małoszyno, Sadlno, Broni-
szewo, Rzeczyca, Ostrow circa Gopło, Bronisław, Krzy-
wosądza, Broniewo, Piaski, Bytoń, Witowo, Płowce,
Byczyna, Połajewo.

Residentibus parochis gaudent:

Radziejów, Lubotyń, Orle, Piaski, Kaczewo, Brdo-
wo, Ostrów, Byczyna.

Vacantes duae: Połajewo et Broniewo.
Reliquae per *Commendarios* reguntur.

Radzieiow.

Oppidum regium, ecclesiam habet parochialem tituli Assumptionis B. M. V. Anniversarius Dedicatio- nis dominica 1 post Michaëlis. Haec cum turri et sacrario murata, lapide cocto strata, tegulaque late- ricia tota tecta. Altaria eiusdem quatuor murata, quo- rum tria habent sua portatilia integra et imagines recentibus picturis eleganter exornata. Ciborium et baptisterium sub clausura firma; eorumque munda et debita curatio, quamquam ciborium intrinsecus exor- naudum esset necessario. Indulgentiae sunt huius ec- clesiae complures, cum facultate concessa processio- naliter Ven. Sacramentum deferendi, scilicet pro die festo Paschae, pro festo omnium Sanctorum, pro Na- tali Domini, pro festis Annunciationis et Assumptio- nis B. M. V. Est et indulgentia fraternitatis S. Annae, quae regulariter observata, processiones item cum Ven. Eucharistiae Sacramento suas retinet. E regione templi versus meridiem est sacellum muratum anno Dni 1590, impensis Mfcae Sophiæ Leszczyńska, cum altari, imagine eleganti exornato, extractum. Funda- tum idem, uti inferius dicitur; at nondum consecra- tum ¹⁾). Hoc sacellum rimis et scissuris plurimis est obnoxium, quin et testudo huius sacelli fissuras ali- quot habet, dubio procul lapsum minatur. Unde ob imminens periculum, in eo sacello sacerdotes sacris operari desierunt. Amovendam censeo isthinc altaris imaginem priusquam testudo ruat. Altare versus sep- tentrionem positum dicitur Assumptionis B. M. V. Al- tare aliud ex opposito S. Annae. Est et altare S. Nicolai, absque dote. Coemiterii pars tertia duntaxat latere cineta, impensis partim Reverendissimi feliciter moderni, partim Dni Praepositi et quorundam piorum, reliquae partes patent. Laquear templi tabu- latum depictum. Templum uno et altero loco perflu- um. Ossorium templo contiguum, at absque tecto.

*no. 6. Sacellum
eadem*

ref. p. 10

¹⁾ Dubium.

Dos Ecclesiae, Altarium et Mansionariae. Pro dote habet certas agri portiones, numero ferme septem, quarum adhuc nonnullae iure vindicantur per Dnum Praepositum a Joanne Zagorski, qui eas sibi nullo iure ab annis fere 30 impune vendicaverat. Hos agros Dnus Praepositus Radzieioviensis arendat Alberto Gorecki, incolae Radzieioviensi, annuatim flor. 18 et 8 modiis siliginis ¹⁾. Porro originale erectionis nullum prorsus invenitur. Item hortus in suburbio dicto Krakówka, versus viam Czołowo, quo et Praepositus usufruitur. Domus Praepositi, iuxta coemiterium habitationi commodissima, quanquam eius area nimis angusta. Pone hanc tres domus Mansionariorum, quae et inhabitantur ab eisdem. Extra coemiterium oppidum versus, est area deserta plebanalis, quae et sic in eam usque diem vulgo appellatur. In hac olim domus plebanalis sita erat, quae ab annis 30 et ultra conflagravit. E regione templi versus occidentem schola, quam cives a se exaedificatam, resarciunt.

Altare Assumptionis B. M. V. Altare in parte sinistra, prope sacrarium, tituli Assumptionis B. M. V., iurispatronatus consulum Radzieioviensium. Dotem habet portiones agri certas in omnibus circumcirca fundi Radzieioviensis partibus. Arendantur hi agri oppidanis 4 Radzieioviensibus: Alberto Pigiell, Marco Zaraza, Vitto Seześnik et Laurentio Brelewski, ex quibus census provenit flor. 12 Dno Praeposito Radzieioviensi ²⁾. Est et hortus huius altaris in suburbio Krakówka, versus Czołow, inter hortum castrensem ex una et hortum Michałek ex altera partibus. Holodium et brassicum hic hortus olim habuit, quae iam sunt antiquitate collapsa. Arendat hunc hortum Andreas Placzek civis Radzieioviensis. Ministerium huius altaris duarum Missarum in septimana, scilicet, pro peccatis et de assumptione B. M. V. quae interdum per commemorationem tantum expediuntur. Exstat erectio hu-

¹⁾ Theras 20 złotych.

²⁾ 30 fl. teraz daja.

ius altaris cum confirmatione regia, penes Ven. Dnum Praepositum deposita.

Sacellum Ecclesiae. Sacellum in parte dextra generosi olim Dni Joannis Leszczyński capitanei Radzieioviensis, ab ipsius coniuge vidua relicta anno Dni 1590 constructum et fundatum. Pro dote habet 200 flor. in vim reemptionis Alberto Pigieli et Gasparo aurifabro dispertitos, scilicet per flor. 100 utriusque. Census ab ea summa ducentorum florenorum Capellano Ven. Valentino, ecclesiae eiusdem parochialis Commendario, annuatim per eosdem penditur, qui quidem ratione eius census ad duas est lectas in septimana adstrictus, scilicet pro peccatis et pro defunctis, quas saepius per commemorationem seu collectam tantum absolvit. Notandum: Litteras huius fundationis privilegiatas nondum esse confectas, conandum Dno Praeposito, ut authenticum paretur et sacellum cum suo altari consecretur.

Mansionaria. Mansionariorum fundatio exstat per Mathiam Drzewicki anni 1520. Hi ex fundatione antiqua 800 flor. tenuerunt, quibus insuper flor. 200 per Dnum Praepositum Radzieioviensem Gasparum Chronovium appositi, seu superadditi et Dno olim Joanni Leszczyński capitaneo Radzieioviensi octingentorum florenorum possessori traditi, inscriptione ab eodem super summa 1000 florenorum facta. Ratione cuius inscriptionis Mficus palatinus Braestensis Andreas Leszczyński, uti successor legitimus olim fratris sui Joannis Leszczyński, onere hoc in se voluntarie suscepto, pendit quotannis annui census ad manus Ven. Praepositi Radzieioviensis flor. 60, a quo idem et quietationes percipit. Inscriptio vero huius summae 1000 flor. per Dnum olim Joannem Leszczyński capitaneum Radzieioviensem, in actis castrensibus Radzieioviensibus per modum debiti certi liquidi, et non reemptionis, facta: idque anno Dni 1579 circiter. Porro D. Praepositus ex hoc censu mansionariis ecclesiae stipendia providet, de quibus infra. Item ex praepositura S. Spiritus, respectu agrorum ad praeposituram S. Spiritus, iuxta erectionem pertinentem, percipiunt

Mansionarii praedicti flor. 30 census annui. Idem olim marcas duas capiebant a quodam avvocato Radziejoviensi. At hic census extincto eo, ab annis 40 et ultra extinctus. Generosus D. Adamus Stadnicki, eius agri ad praesens possessor, nihil solvit. Denique marcas 2 percipere deberent, quas Dnus Praepositus, pro tempore existens, Mansionariis quotannis ratione depositionis curae animarum (uti formalia verba erectionis habent) solvere tenetur. Originalia erectionum Dnus Praepositus habet. Traussumpta vero magistratus civilis asservat.

Decimae. Decima in villa Brzescie parochiae Rzeczcicensis, sub haerede Laurentio Popowski, post araturas cmetonales et praediales, quae non solvitur. Decimae post agros civiles hoc modo dispertitae: primum decimae deserviunt tum plebano Bronieviensi, tum Capitulo Wladislaviensi, iuxta consuetudinem antiquitus receptam, ex eisdem certis agris per certas portiones utrique assignatis. Porro haec decima plebani Bronieviensis incorporata est per S. Regiam Maiestatem ecclesiae parochiali Radziejoviensi, pro qua iure experitur modernus Dnus Praepositus cum Dno Alberto Zakrzewski iudice castrensi Radziejoviensi, in Broniewo haerede. Tertio, decima Ven. Capituli Wladislaviensis post agros versus villam Czolowo. Quarto, decima canonici Crusviciensis, fundi Modliborze, sub villa Zagorzyce ¹⁾.

Villae parochiales: Radzieiow oppidum, Czolowo maior et minor. Opatowice, Stary Radzieiow, Skibino, Biskupice. Confitentur omnes quotannis, exceptis haereticis. Haereticos autem nullos habet parochia, praeter incolas oppidanos, qui domos fere 20 occupant.

Parochus: Parochus nomen Praepositi, iuxta privilegium obtinet, Ven. Gaspar Chronovius cantor crusviciensis, pro residente reputatur. Administratio spiritualium per approbationem Rmi perpetuam litteralem penes Vicarios, qui et Mansionarii. Tres ad prae-

¹⁾ Obiecana była dziesięcina od pani Roszkowski.

sens Mansionarii, quorum, unus Commendarii et Mansionarii munus obit. Ante annos 45 Mansionarii ad ecclesiam 7 fuere ¹⁾).

*we byli tu
ordobnep kaminiaru*

Commendarius pater Valentinus, idemque concionator, percipit salarii liquidi certi a Dno Praeposito flor. 30; et ex altari sacelli Dni Leszczyński census capit flor. 12. Secundus, scilicet Paulus Kolanowius, percipit a Dno Praeposito flor. 20. Tertius, Albertus a Wolne. capit ab eodem flor. 16. Communis eorundem petita, ut vocant, siliginis cassulae fere 10. Strena et oblationes eisdem a Dno Praeposito donatae, cum aliis accidentibus omnibus consuetis: exceptis solennibus funeralibus, quorum tertiam partem pro se usurpat Praepositus, duas reliquas dividit Mansionariis. Prandiis iidem fere quotidianis a civibus sustentantur, interdum ab ipsomet Dno Praeposito. Ad ecclesiam est baccalaureus, de more recepto semper promotus. Collatores magistratus. Hoc tamen se onere libenter exuerunt et Dno Praeposito loci hanc proviuciam concediderunt. Hic salarii percipit annuatim ex praetorio florenos 15 et a Dno Praeposito flor. 5. Accidentia nulla cum vicariis habet communia, exceptis iis, quae scholae deserviunt. Percipit idem pulsarium ordinarie gr. 6, interdum plus, nihil aeraio ecclesiastico inde persolvens, etiam a pulsaribus solennioribus. Suasit Visitator victricis, ut pulsarium solenniorum repetant a rectore scholae partem tertiam, et a gr. 6, gr. 1 pro sumptibus camparum faciendis, qui contingunt non mediocres. Cantori baccalaureus pendit salarii annuatim flor. 5 et crucales gr. 1. Salvaes idem percipiebat hactenus, at consultum hoc campanatori, deservienti sepulturae, cedere debere, more aliarum ecclesiarum. Hoc vero per Dnum Praepositum ad executionem deducendum restat. Baccalaureus et cantor prandiis a civibus excipiuntur. Campanator seu sacristianus loco stipendii percipit a victricis

¹⁾ Mansionarii duo Stanislaus a Lubień, et Valentinus a Zerniki, Altarista B. V. Assumptionis.

in singulos anni quadrantes gr. 15. Gaudet idem
accidentibus seu oblationibus introductionis sponsi et *ub.*
sponsae, tum baptismalium.

Regale habetur intra ecclesiam, at organarius
non est certus. Ven. Paulus Mansionarius munus orga-
narii exercet, ratione cuius ex praetorio a magistratu
civili annuatim capit flor. 4¹⁾. Horologium in turri
ecclesiastica locatum, sub cura magistratus dependet,
eius curatori ex praetorio datur annuum salarium²⁾.

Jam vero, ut dictum est, penes Mansionarios *ho byli with organarii*
omnis cura animarum et administratio spiritualium,
quibus praest Commendarius, pater Valentinus, in-
teger ac diligens. Unde rarissime fit, ut aliquis eo-
rum officium negligat suum, quamquam unus horum
gulosus nimium. Omnes ex aequo confessiones exci-
piunt. Monet Dnus Praepositus eosdem, ne se in ca-
sus papales et episcopales intromittant, quod et ob-
servant. Metriculas baptisatorum conscribunt, at con-
trahentium matrimonium non item. Paternos haeretico-
s admittere cavent. Banna praemittunt quidem, sed
interdum tantum semel, tunc nimirum quando (inqui-
unt illi) nihil impedimenti contrahentes secum ad al-
tare adferunt. Contrahentes rarissime praemittunt
confesiones vel sacram communionem, quippe ad hoc
faciendum minus urgentur. Extra ecclesiam non co-
pulant quemquam. Catechismus recitatur. Decalogus
non canitur quidem ex ambona, tamen per conciona-
torem cum populo recitatur. Bogarodzica per pau-
peres canitur. Ipsi mutuo sibi confitentur Mansionarii,
monacho interdum. Tonsuras gerunt, habitum decen-
tem deferunt. Gratis administrant sacramenta. Ablu-
cio post sacram communionem, ut ex diverso calice
detur communicanti, praescriptum est a Visitatore
Mansionariis. De haeretico sepulto intra vel extra

¹⁾ Teraz Kantor grawa, któremu dają po 3 wiardunki na kwartał.

²⁾ 4 grzywni do roku na półgrzywny do tego wolen zegarmistrz od wszystkich podatków. Lokatorowi, którego nie bywało, daje po kopie na kwartał magister scholae. Catechismus in templo non recitatur.

ecclesiam, non constat. Indulgentia Gregoriana publicatur. Apparamenta omnia dicuntur esse consecrata. Lustralis aqua prae foribus templi semper cum aspersorio. Caetera recta habentur.

Cultus divinus: Diebus dominicis et festis matutinae maiores tertii tantum Nocturni cum sua homilia, per Mansionarios et scholam decantantur, absque Laudibus. Diebus tamen B. M. V. solennibus, omnes tres nocturni cum Laudibus per eosdem. Quibus absolutis, horae minores de Dominica per Mansionarios acciuntur, qui in eisdem canendis per campanatorem et cantorem scholae et civem quendam adiuvantur. Horario cursu absoluto, subsequitur matura missa de SS. Trinitate per fraternitatem litteratorum cantata, praesertim diebus dominicis, cui etiam inseritur per pueros Catechismus Ledesmi; aliis vero diebus festis matura Missa de beata M. V., verum lecta haberi solet. Concludit summa de tempore. Horis pomeridianis, horario cursu praemisso, Vesperae maiores per Mansionarios et scholares canuntur, absque Completorio. Diebus etiam Dominicis et festis solennioribus tempore pomeridiano concio ad populum vel per concionatorem, vel per aliquem Mansionarium habetur. Diebus porro ferialibus horae minores de B. M. V. quotidie per eosdem supradictos expediuntur, quibus confectis, Missa, quotidie de B. M. V. vel interdum de die canitur. Lectae etiam saepius qualibet hebdomada, praeter cantatam summam, observantur; excepta feria tertia cuiuslibet septimanae, in qua cantata solenniter cum organis de S. Anna, cum lecta de B. M. V. vel interdum de die canitur per scholam. Iisdem diebus quater in anno sub angariis processiones cum V. Sacramento, iuxta tenorem privilegii, exercentur, quam solennitatem postridie Missa pro defunctis comitatur, iuxta regulam fraternitatis S. Annae praescriptam; et feria 6, qua de passione Dni fit cantata. Denique in quatuor temporibus vigiliae et Missae pro defunctis, fraternitatibus id exigentibus, non negliguntur.

by 1 per in Xd. b.
per M. V.
nb. in M. V. in
M. V.

NB. In M. V.
seu hebdomada

keranic

Fraternitates: Fraternitas Litteratorum exstincta ¹⁾, nec privilegio per negligentiam plane sepulto, satisfit a civibus, quorum et ministerium canendi maturum sacrum propemodum evanuit, exceptis duobus vel tribus oppidanis, qui voluntario motu ad canendum interdum accedunt; qui si absunt, mansionariis silentibus, matura Missa per lectam expeditur. Evigilandum super hoc Revmo Domino. Sunt et aliae praeterea fraternitates, utpote sutorum, mercatorum, serifabrorum, pellionum, sartorum, fabrorum, quae minus regulariter observantur. Sutores tamen curant fieri sacrum pro defunctis cum vigiliis in angariis. Reliquae fraternitates idem curant, absque tamen vigiliis. Fraternitates figulorum et lanionum utrumque negligunt.

Victrici ²⁾. Ad ecclesiam aeditui duo cives possessionati, non iurati, integrae tamen fidei et existimationis. Aerarium ecclesiae penes eosdem, quod maxime ex tabula eleemosinaria coacervatur et ex sepultura ecclesiastica, a qua ratione intra ecclesiam loci flor. 2 penduntur. Vinum, thus, cera, ablutio vestimentorum sacrorum et reliqua id genus per victricos procurantur. Fabrica vero ex collectis parochianorum vel legatis piorum. Coemiterium Magistratus pollicetur se cincturum communibus collectis ³⁾. Rationem reddunt quotannis Dno Praeposito. Ad praesens exhaustum adeo habent aerarium, ut interdum mutuent pro usibus ecclesiae pecuniam ⁴⁾. Est hortus pro eadem ecclesia fundatus in suburbio Krakowka, inter hortum Wyszelski ex una et Ruspiechowski ex altera partibus, ex quo census ecclesiae penditur annuatim, scilicet gr. 7.

Supellex Ecclesiae eiusdem: Inventarius asservatur in ecclesia, descriptus a Commendario. Calices argentei totaliter deaurati 8, cum suis patenis; nonus item argenteus, extrinsecus tantum inauratus, cum

1) Poprawili się literaci.

2) Aeditui vocantur Imrek i Blasius Komosa.

3) Już ogrodzono.

4) Teraz 6 złotych wzięli.

patena; decimus item argenteus, in toto deauratus, romano more fabrefactus, flor. 60 per Dnam Sobie-sierska comparatus. Monstrancia argentea, tota inau-rata, cum basi argentea, cuppa eius cristallina. Crux argentea inaurata, unum cubitum alta, basis eius cup-reca deaurata, lappillis seu gemmis decorata. Crux argentea minor a medietate deaurata, cuius item ba-sis aerea deaurata. Crux tertia argentea integra fe-rialis, 5 lapillis distincta, Crucifixum et 4 imagines Evangelistarum habens deauratas. Pacificale elegan-tis manufacturae, argenteum inauratum, margaritis pluribus coloratum. Pacificale aliud argenteum, in modum Crucifixi factum. Pacificale tertium itidem argenteum, rotundum, cum Reliquiis. Quartum stan-neum cruce effigiatum. Area sacramentalis argentea, ex parte deaurata; altera orichalcea. Chrismale stan-neum. Ampulae argenteae duae deauratae, iustae quantitatis. Thurribulum argenteum cum fibulis et catena argentea, speciosum; alterum cupreum Lava-erum cupreum in sacrario. Caldaria duo, alterum in baptisterio, alterum pro aqua lustrali. Cassulae seu planetae solenniores 12, viliores seu feriales 11. Cassulae auro textae duae, antiquioris manufacturae, absque stolis et manipulis. Cassula ex teletto albi co-loris, cum cruce figuris et auro texta, absque atti-nentiis. Cassula ex teletto rubei coloris, absque ap-paratu. Cassula ex veluto rubeo florisato, sine at-tinentiis. Cassula ex veluto rubeo cum cruce ampla trinae aureae, cum pertinentiis. Cassula viridis veluti cum cruce lata figurata, aureis filis intexta, sine at-tinentiis. Cassula serici violacei, absque cruce. Cas-sula viridis adamasci, absque cruce. Cassula veluti nigri, absque cruce. Cassula ex czambeletto nigri co-loris. Cassula nigra czambeletica vetustior, absque cruce. Cassula veluti coloris rubei, cum cruce figu-rata sericea auro intexta, viridi colore florisata. Cas-sula ex veluto obsoleto. Cassula kamchea violacea diversicolorata. Cassula violacea ferialis ex derdądey. Cassula serici rubei simplicis. Cassula violacea wzo-rzystego axamintu na bialem tle, cum toto apparatu.

Cassula violacei coloris axamintu wzorzystego na złotem tle, cum cruce auro texta Cassula viridis teleti cum cruce ampla alba et apparatu toto. Cassula adamasci albi cum omnibus attinentiis et cruce. Cassula adamasci viridis, cum omni apparatu Cassula nigri veluti cum toto apparatu, cum trina in circuito sericea. Hae quatuor posteriores novae, romano more factae. Cassula e grubrino coelestino cum omni apparatu. Cassula de hatlaso seu raso viridi, sine apparatu. Cappa czerwonego wzorzystego axamintu, listwy złotogłowu brunatnego. Cappa adamaszkowa czerwona. Cappa adamaszkowa pstra, albi cum rubeo coloris. Cappa grubrinowa brunatna dominicalis, cum subducto telae nigrae. Cappa nigra non habetur in ecclesia, sed pro usu invertitur dominicalis, cum pudore magno ministrantium. Dalmaticae duae albi adamasci. Dalmaticae rubei adamasci. Dalmaticae grubrinowe czarne cum trina alba, italice confectae. Antependium axamintne czerwone z pasamanem złotym. Antependium adamaszkowe złotogorące. Antependium adamaszkowe złotte. Antependium procedellae flavae, solenne. Antependium sericeum, simplex, coloris rubei. Antependium kamcheum diversi coloris, feriale. Antependium stragulatum pictum, pro altari S. Annae. Antependium nigrum novum, ex muchaiero, cum trina alba. Reliqua item sunt complura, sed obsoleta eaque quadragesimalia. Mappae 27. Mantilia 13, et mantilia telae tenuioris pro velanda imagine B. M. V. tria. Tobalea tria, quorum unum filo sericeo, duo autem lineo depicta. Tobalea pro altaribus alias szerzinki vetustiores 8, quarum una auro filo in angulis et cicumcirca depicta solennior. Papiliones pro monstrancia velanda duo, scilicet alterum ex medio hatlasso, alterum ex tapheta argentea. Mantilia pensilia pro ceroferariis 6, tectoria pro pulpitis altarium 3. Superpellicia 3, minor pro pueris 4. Cappae minores pro eisdem pueris 2. Corporalia 3. Custodiae complures. Vela pro calicibus nulla sunt ecclesiae propria, privata tantum, Mansionariorum scilicet, sunt perplura cum bursis eorundem. Candela-

brorum duo paria ex orichalco, par stanneorum, par ligneorum. Vexilla duo ex adamasco rubeo, nuper comparata, eaque speciosa. Vexilla item duo albi adamasei, eiusdem magnitudinis et speciei. Vexilla duo viliora ex adamasco rubeo; item minora duo pro deferendo ad infirmos Sacramento. Pannus rubei coloris pro tegendis gradibus altaris maioris. Tapes 1 novus, pro ornandis formis seu sedilibus. Culcitra stragulata diversi coloris. Tapes vetustior. Campanae in campanili tres et quarta horologio serviens. Signans quinta, in vertice templi. Tintinnabula pensilia 3, manuales campanulae 3. Bursa ex axamento nigro pro deferendo Sacramento ad infirmos. Serae pensiles 5. Horologium in turri seu campanili. Regale ecclesiae proprium. Cistae fero munitae in sacratio 5, et almariae 2.

Bibliotheca. Missalia tria Romana. Missale pargamineum in grandi folio, veluto violaceo velatum desuper, cum fibulis argenteis deauratis, sed fibula una per cantorem quandam furtim ablata, ante annos aliquot. Aliud Missale itidem pargamineum paulo minus. Missalia 4 vetustiora. Agendae duae antiquae, tertia ~~nova~~ Petricoviensis. Graduale pargamineum grande. Antiphonarium pargamineum. Psalterium pargamineum. Sermones dominicales de tempore Gabrielis Biel. Rosarium Sermonum fratris Bernardi de Bustis. Sermones Dionysii Carthusiani. Manuale Bernardi de Bustis. Opera D. Chrysostomi voluminum trium. Ecclesiastica historia D. Eusebii. Ecclesiastica historia gentis Anglorum Bedae. Breviarium Romanum vetus. Summa Angelica. Breveviloquus vocabularius. Sermones quadragesimales Joannis Gristh. Liber quidam absque titulo, Homiliarum. Supplementum Guilelmi opera. Concordantiae maiores. Repertorium Dni Nicolai. Sermones magistri Heroth. Sermones de laudibus Sanctorum fratris Roberti. Rationale divinorum, antiquum. Biblia sacra. Sermones S. Vincentii. The-saurus novus. Sermones D. Ambrosii.

Hospitale Radzieioviense. Hoc hospitale habet capellam, consecratam, tituli Sancti Spiritus, cum

Same Karam

no

altari ligneo, apparatus sacris ornato, in quo et portatile integrum. Duo posita in eo candelabra cuprea et tabella cum sacris Reliquiis. Tabernaculum vero Sacramenti iuxta altare; at S. Eucharistia in eo non asservatur, nec sacri liquores, sic suadente Revmo. Praepositus olim ad hoc hospitale residebat; cuius immediatus residens et ultimus fuit Ven. Albertus Crobensis, plebanus Raciążnensis. Jurispatronatus praesentandi Praepositum penes magistratum Radzieioviensem, iuxta originale, authenticum, olim fuit, quod et a magistratu civili in praetorio asservatur. Pertaesi tandem ob defectum et negligentiam Praepositorum (quae tam in temporalibus, quam in spiritualibus passim a Praepositis loci committebatur), iuris sui et oneris; proinde hanc praeposituram cum omni iure patronatu, quod illis ad praesentandum competebat, idem magistratus Radzieioviensis pro Mansionariis ecclesiae parochialis Radzieioviensis incorporari curavit, quin et perpetuis temporibus, cum assensu et solenni Illmi ac Rmi D. Dni Hieronymi comitis a Rozrazow epi Wladislaviensis approbatione, incorporavit et resignavit anno Dni 1584 Cuius quidem incorporationis privilegium exstat, cuius exemplar a Rdo Praeposito Radzieioviensi in sacrario sigillatum asservatur, sed et actis civilibus idem insertum habetur. Hi iidem Mansionarii praedicti, iuxta tenorem et praescriptum privilegii, ad ministerium duarum Missarum lectarum in eodem sacello quavis septimana sunt obligati, quas et expediunt, nisi forte quandoquidem lutosa via, quod fit plerumque in vere, impediuntur. Littaniae bis in hebdomada cum pauperibus, iuxta ordinationem Rmi semel factam, per pueros scholares ad hoc a Mansionariis conductos, recitantur. Infirmis ibidem sacramenta administrantur. Concio seu sermo ad pauperes non solum haberi in hospitali, eo quod circa porticum ecclesiae parochialis quotidie commorantur, tum propter devotionem, tum emendicandae stipis a populo causa. Admonitio brevis tamen interdum ad infirmos habetur, Evangelio eisdem polonice perlecto. Pauperes numero 26, masculi 7, reliquae vetulae. Recipiuntur

*in hospitali
reptata*

*novoray
pulsati
soluti*

autem et intromittuntur per D. Praepositum Radzieioviensem et proconsulem, communicato prius consilio. Domus hospitalis lignea, habens hipocustum commune et alterum exiguum, quod unus pauper inhabitat, sarta tecta eadem conservatur per provisos. Camerae 4, ex quibus una pro penu cessit et depositorio communi. Mensam communem habent, singulis diebus foci unius. Victitant autem partim ex eleemosinis collectis, partim ex fundatione. Provisores seu curatores hospitalis R. D. Praepositus Radzieioviensis, cum magistratu civili Radzieioviensi, a quo duo potissimum ad haec munia obeunda ex senatu quotannis deputantur, qui et pro eisdem alendis eleemosinas coacervant et census ratos exigunt et omnem tandem rationem quotannis tam Dno Praeposito, quam et magistratui reponunt.

Dos hospitalis: In primis agri portio, alias plosa, in campo et solo civili, sita versus Czołowko minor, quam agri portionem pro eo hospitali quidam Stephanus Rydzynek, una cum coniuge sua, testamento legaverunt, et perpetuis temporibus donaverunt, et addixerunt, quod actis civilibus Radzieioviensibus cautum et insertum habetur, ab annis circiter 5, prata sunt eidem agro contigua. Porro haec agri portio in tres campos et dispertitur et locatur ex certo censu annuo honestis Alberto Pigiell et Marco civi suburbano, a magistratu et Dno Praeposito, eum vero censum provisoribus quotannis persolvunt, florenos scilicet viginti et currus lignorum decem. Item est et alia portio agri minor, in eodem fundo civili sita, versus Skibino et Biskupice, quae vulgari nomine appellatur Ploska szpitalna. Haec duobus annis sese comitantibus conseminatur, et tertio quovis vacat. Et locatur a magistratu quotannis honesto civi Kawalek, vel cuiquam alteri, ex censu marcae unius. Item est hortus olim proprius Praepositi hospitalis, iam vero idem est Mansionariis incorporatus, quem D. Praepositus parochialis ecclesiae, oppidanis locat. Item sunt flor. 200 a Ven. olim Luca Zakrzewski, fratre Dni Alberti Zakrzewski iudicis castrensis Radzieioviensis germano, pro eodem hos-

pitali donati et penes magistratum civilem, cum consensu Regiae Maiestatis in praetorio Radzieioviensi sub inscriptione, quam ad acta civilia fecerunt, depositi. A qua summa annuus census in agris civilibus obligatus, floreni 16 eidem hospitali, pro coëmendis et comparandis vestimentis penditur. Item flor. 100 nobilis foemina Dna Wasowska eidem hospitali vivens donavit, quos et pro usu hospitalis in eodem praetorio civili penes magistratum deposuit, ex censu flor. octo, nondum a Rmo Lociordinario approbato. Item Ven. D. Praepositus Radzieioviensis Gaspar Chronovius, pro censu reempticio deposuit flor. in moneta pol. 80, apud honestum Laurentium Brelewski civem Radzieioviensem et eius coniugem, bonorum haeredum, ex censu 4 flor. annuo, in domo et agris et horto eiusdem Brelewski ipsiusque coniugis obligato, quem censum hospitali idem Dnus Praepositus addixit, quin et summam ipsam eidem hospitali Radzieioviensi aeviternae donavit, quod et actis Radzieioviensibus civilibus cavit et inscripsit anno Dni 1597. Hae omnes foundationes et dotes pauperibus huius hospitalis, iuxta intentionem fundatorum deserviunt, et per curatores provide dispensantur. Rmus etiam feliciter modernus, ex pia in pauperes liberalitate, ex bonis Raciaż confert eidem hospitali quotannis pro victu commodiore scilicet: pernas lardi duas et adipos porcinas duas, salis dimidium tunnae, seminis canapi metretas duas mensurae nieszewiensis, butiri quartam partem tunnae alias sądek, caulis acidi tunnam 1.

Haec quae sequuntur, fuerunt olim Praepositi hospitalis solius, nunc vero sunt Mansionariorum ecclesiae parochialis peculiaria. Inprimis 7 agri portiones in circuitu haereditatis civilis sitae et omnibus incolis oppidi apprime notae. Locantur ex certo censu civibus Radzieioviensibus, qui quidem cura et industria D. Praepositi moderni est auctus et melioratus. Item hortus ex adverso hospitalis situs, cum area praepositali deserta; qui etiam locatur. Domus haec praepositalis translata, ex qua nimirum Domus Mansionariorum per Dnum Praepositum Radzieioviensem est ex-



structa. Hos census, ut dictum est, Mansionariorum proprios, percipit et exigit ipse Praepositus, ex quibus stipendia seu salaria pacta persolvere Mansionariis consuevit.

Templum Radzieioviae haereticum. Templum ligneum in edito colle, extra oppidum situm, tituli S. Joannis Baptistae, quondam catholicum et parochiale, anno vero 1554 ab haeresi occupatum et profanatum, idque auctore et ausu sacrilego Raphaëlis Leszczyński capitanei Radzieioviensis castellani Sremensis, prae fracti haeretici, qui quidem primum Andream Prasnovium pseudo apostolum illic per vim et audaciam haereticam introduxit. Sed et templum idem S. Joannis totum ligneum disiecit, e cuius tignis et reliqua materia scholam et domus aliquot pro ministris haereticis extruxit. Aliud vero eodem loco templum, itidem ligneum, at lateri intermedio exaedificavit, quod et hactenus exstat. Calices, vasa, apparamenta et ornatum omnem templi impia haeresis absumpsit, quaedam vero, uti imagines, igni dedit. Porro haec ipsa schola, cum aliis aedificiis ex templi trabibus, ut dictum est, erectis, brevi postmodum incendio consumpta est. Ad praesens domus ministri et schola cum aliis adiacentibus domibus et areis fere 10 sita sunt, partim in fundo castrensi, partim in fundo civili, quae et occupantur ab haereticis. Hic minister modernus paedagogos tres alit (quorum senior natione alemanus est), per quos iuventus nobilium, quin et civium, depravatur et pestilenti dogmate imbuitur. Scholares numero 40, vel ultra. Ministeria profana haereticorum, praecipue sepulturae, plurimi cives utriusque sexus sua praesentia plerumque exornant. Scholares etiam catholici, interdum eadem mirantur, quin et concionibus funebribus adsunt. De dote illius profanatae non constat. Mansionarii olim ecclesiae parochialis inibi pro more veteri sacris operabantur, at nunc omnia pessum ierunt.

Chelmce maior.

Villa Rmi Wladislaviensis. Ecclesia ibidem tituli ss. Catharinae et Margarethae Virginum. Fundationis et Indulgentiarum nulla plane sunt litterarum monumenta. Templum ligneum, recens tegulis ligneis contextum, cuius parietes prae vetustate declinant, pluvialibus etiam aquis, extrinsecus asseribus nudati, consumuntur et putrescunt. Vestibulum templi noviter impensis piorum cum altari ligneo et imagine S. Valentini exstructum. Pavimentum nudum, muudum tamen. Altaria tria, quorum maius e latere cocto cum portatili supermurato; reliqua absque portatilibus; tabulae eorundem deformes. Ciborium et baptisterium non ineleganter curatur. Ciborium habetur. Cimiterium non circumseptum. Campanile templo contiguum, ni mature fulciatur, ruinae proximum. Mandatum victricis, ut provideant tempestive. Clausura templi, sacarii, ciborii, baptisterii, firma.

Dos Ecclesiae. Domus plebanalis vetustate corruit, cuius ex ruderibus per V. Praepositum Radzieiowicensem, Chelmensem olim parochum, domuncula pro Vicario exstructa: reliquiae vero, uti columnae, tigna etc. ad Chelmce minor per eundem translata. Areae plebanali adiacet hortus spaciosus et glebae fertilis, qui colono cuidem Chelmensi sex fertonibus locatur. Domuncula ludirectoris vix haeret, humillima. Porro plebanus pro dote habet praedium uno in loco, certis metis definitum, versus Radzieiow situm, et hoc praedium vulgariter cognominatur *Folffark plebański*. Eius longitudo stadiorum trium, latitudo in singulis campis sulcorum 100 et soli fertilis. Item contigui huic praedio sunt mansi plebanales 9: singuli autem mansi sulcorum 16, stadiorum 4 vel 5, qui itidem mansi in tres dividuntur campos, uti et praedium. Coloni, seu subditi duo cmetones parochi, hos mansos excolebant, quorum areae manent in hanc usque diem desertae, iam ab annis ferme 40. Hos agros tam praediales et cmetonales desertos, arendat plebanus

ex censu pacto, partim civibus Radzieioviensibus, partim colonis de Płowki, partim colonis de Ninoczyno. Est et pratum praediale ad vias Radzieiowienses situm, currus foeni proferens duos ¹⁾).

Decimas habet ex villis infrascriptis: Decima Głębokie, ex praediis nobilium parcho; ex emetonum vero agris pro canonico Crusviciensi manipularis, non solvitur; decima Ninoczyno manipularis, iuxta consuetudinem receptam cum D. Scholastico Crusviciensi, de quo revisiones ecclesiae Crusviciensis consulendae. Tarnowo manipularis; Ruszynowo manipularis; decima Karsko, alternata cum Rzeczcica; Kobelnica, villa Capituli Wladislaviensis, decima parochi per alternatam cum Capitulo Wladislaviensi. Witowice, nobilium: hae omnes manipulares, non extraduntur. Chelmce minor ex certa agri portione manipularis, quae et solvitur ²⁾. Rector scholae habet consipationes a emetonibus Chelmce minoris, qui sunt ad praesens 9 ³⁾. Decimus, Szczepankowski dictus, desertatus, ager tamen excolitur per vicinum colonum, a singulis quotannis pervenit consipationis seu taxae dari consuetae rectori Chelmensis scholae per 3 cor. siliginis et per 3 cor. avenae mensurae Radzieioviensis.

Villae parochiales. Chelmce maior et minor, Płowce minor, Głębokie, Ninoczyno, Tarnowo, Ruszinowo, Goczanowo, Kiezk. Parochiani confessi pro paschate, praeter haereticos ⁴⁾. Haeretici in hac parocia in Głębokie Martinus Głębocki et Dna Głębocka, eiusdem mater. Item Kaliski in Goczanowo.

Parochus. V. Joannes Pigrelius ⁵⁾ a Rmo feliciter moderno institutus, idemque plebanus Gembicensis, non residens. Ecclesiam Chelmensem Vicario com-

¹⁾ Dają z folwarku na rok arenda 27, a z włók 21. Jest prócz tych klin roli w jedno płosko, zaraz przy włokach i przy Czołowskiej granicy, arenda dają fl. 4, aut 3.

²⁾ Teraz nie dają.

³⁾ Przedtym dawali 10 zł. a teraz 7.

⁴⁾ Et aliquot catholicos.

⁵⁾ Głowacius a Labiszyn ab annis 8, a Tarnovio investitus.

mendavit V. Joanni Przedecensi, actu presbytero, qui et formatas ostendit, at litteras commendae non habet; Breviario Romano utitur. Salarii percipit a plebano fl. 18 annuatim. Idem habet petitam et accidentia omnia et strenam. Ludirector consipatione Chelmcensi contentus et tertia parte accidentium cum Vicario. Hic cantorem adiungit sibi, at scholares nullos habet ¹⁾.

petita

Cultus divinus. Die dominico et diebus festis celebribus Matutinum cum Vesperis integris de die ²⁾. Cantata idem Missa cum collecta quavis septimana aliquoties. Catechismus non recitatur. Decalogus non canitur. Bogarodzica per pauperes, qui sunt fere 10, diebus solennibus et dominicis canitur. Metriculae baptisatorum scribuntur ³⁾, at contrahentium non. Iniunctum Commendario officium. Raptores decimarum fassus est se non absolvere. Confitetur plebano Kaczeviensi; mandatum ut Radzieioviae id potius praestet.

Inventarium Ecclesiae. Calices tres argentei cum patenis. Crux argentea. Chrismale orichalceum. Paxis sacramentalis cuprea, monstrantia similiter. Ampulae 4 stannae. Candelabra duo stannae. Thurribulum cupreum. Caldaria duo. Lagena stannae pro vino. Campanae in campanili duae, signans 1. Manuales campanulae tres. Cassula ex adamasco albo cum stola et manipulo nuper per colonum de Głębockie comparata ⁴⁾. Cassula similis sed vetustior, cum pertinentiis. Cassula ex adamasco rubeo, cum toto apparatu. Cassula ex adamasco coloris puniceae cum apparatu. Cassula dominicalis ex adamasco coele-

¹⁾ Gromady czynią urzędnicy importune rano i po obiedzie w święta.

²⁾ Mięszpory nie bywają w niedziele.

³⁾ Metricula contrahentium vix quando scripta; baptisatorum ab a. 1593.

⁴⁾ Przybeli 4: 1) zielony pulhalsowoy, krzysz spasamani. 2) ezerwony muchanierowi grubrinowi krzyż pasamanowy. 3) błękitni kytalczani z pasamanem złocistem. 4) białe kytalczani z pasamanem złocistem, custoditur cum apparatu.

stini coloris. Cassula ex axamento nigro, cum attinentiis. Cassula de saya nigra, cum cruce ampla, absque apparatu. Et alia itidem nigra vetus. Cassula viridis kamchea, cum cruce figuris et auro texta. Cappa solennis nuper fl. 20 empta, materiae quasi trabeatae ¹⁾. Cappa ex rubeo adamasco ferialis, cuius et in quadragesima usus; quippe nigra non est. Antependium ex medio hatlasso albo cum titulo *Jesus*, filis aureis texto. Antependium ex serico rubeo cum trina alba. Antependium ex serico rubeo cum albo. Item alia duo ferialia. Mappae 19. Mantilia 12, telae subtilis 14. Tobaleae altaris 9, quarum una linea circumcirca sericeis et aureis filis depicta, cum circulo et nomine *Jesus* persimili. Superpelliceum unum; minora pro pueris 2 ²⁾. Mantile sericeum rubeum pro cooperienda Monstrantia. Velum sericeum pro calice ³⁾. Aliud album ex tela cum nomine *Jesus*. Corporalia 4. Custodiae totidem cum purificatoriis. Bursa pro deferendo ad infirmos Sacramento cum tintinnabulo. Vexillorum duo paria, tertium par lacerum. Pannus rubeus pro tegendis gradibus altaris maioris. Culcitra nova et altera vetus. Candelabrum pensile cornutum in medio ecclesiae. Mantile pro velando altari varii coloris. Scrinium 1, ferro munitum et clausum. Serae pensiles tres, cerofera 4 ⁴⁾.

Victrici. Tres: unus de Chelmce minori et duo de maiori ⁵⁾. Collectas faciunt, at non singulis dominicis. Regestra scribuntur et exiguntur a plebano. Vinum, thus, cera et alia necessaria per victricos procurantur. Aerarium nihil habet, praeter fl. 1, et colonus Mazgay tenetur ecclesiae flor. 1. Fratrnitas communis exstincta.

¹⁾ Cappa czerwonego muchaieru nowleczana.

²⁾ Pro pueris nulla.

³⁾ Velum ex iunta cum nomine Jesu; aliud nigrum.

⁴⁾ Alby 6, humeralow 4, passow 2, alia 3 scrinia.

⁵⁾ Tres ex villa maiore Chelmce, Piszczek Blasius. Kapusta Maciej, Jakub Zlod.

Kaczewo.

Pagus Rmi Dni. Ecclesia parochialis cum iurispatronatu eiusdem Rmi, tituli S. Laurentii martyris et Martini confessoris. Templum sartum tectum ¹⁾, cimiterium eius septum ²⁾, uti et ossorium. Consecratum. Festivitas Dedicacionis dominica 1 post Bartholomaei. Pavimentum nudum, arilla tamen firmatum. Altaria duo latericia, portatilia 3 integra; quartum altari maiori supermurtum. Ciborium modo debito curatur. Aqua baptisterii munda, absque clausura. Admonitus officii parochus. Templi et sacrarii bina clausura ³⁾. De litteris indulgentiarum vel erectionis nihil cognosci potuit. sub possessoribus olim villae huius nobilibus omnia, si quae fuere, disperierunt, villa quippe haec fuit nobilium, porro ab annis circiter 30 cessit per commutationem Domino Episcopo Wladislaviensi. Sacri liquores ex Radzieiow.

Villae parochiales: Kaczewo, Zagorzyce, Rogalino, Piodunowo, Czarnotki, Świątniki, Wąsowo villae dimidium. Haeretici nulli sunt in parochia.

Proventus eiusdem Ecclesiae: Habet pro dote plebanali praedium certis metis dislimitatum, in tres campos dispertitum, situm inter haereditates Świątniki, Czarnotki et Kaczewo. Hoc praedium locatur per plebanum modernum colonis villae Kaczewo ex censu 13 marcarum). Prata eidem praedio annexa curruum foeni circiter 12. Haec prata cum agris excolunt ab annis 50 coloni Kaczevienses, post decesum scilicet antiqui plebani (uti illi vocant) V. Joannis Gniadowic, qui hos agros per semet excolebat. Nunc iidem coloni violenter eosdem agros cum pratis occupant, nec plebano loci praeter censum praedictum

¹⁾ Non bene capit etc.

²⁾ Non bene septum, wielie przeslow nie masz.

³⁾ Metriculae, ut fit, inepte et imperfecte scribuntur.

⁴⁾ Z trzedziestu trzech czasem 15 kop., niedawno dawano 24 marcas i drzewa co potrzeba.

quicquam iuris in eodem praedio concedunt, consuetudinem receptam et diuturnitate temporis firmatam praetexentes, in quo et patrocinio vicinorum nobilium utuntur. Alicui plebanus ipsemet libenter agriculturam exerceret, quod cum illi per colonos denegetur, graviter conquestus est, proposuit suam hanc iniuriam aliquoties coram Magfco Capitaneo Wladislaviensi, verum nihil hactenus profecit ¹⁾. Habet item ultra domum portionem agri et extenditur ad paludem Piotrkoviensem. Haec ab altero latere habet viam publicam, ab altero latere agros colonorum Kaczevium, quae quidem duobus annis ab eisdem colonis conseminatur et tertio quovis anno vacat. Hanc agri portionem, longam 2 stadiorum, latam 100 sulcis, iidem coloni praedio plebanali adiunxerunt, nec censum plebano ullum auxerunt, nec excolendum plebano permittunt, maiorum suorum consuetudinem allegantes ²⁾. Exstat intereisa seu concordia quaedam autoritate Rmi Dni Episcopi feliciter moderni, anno superiore per Magf. Dnum Capitaneum Wladislaviensem inter plebanum et cmetones facta, cuius exemplar alterum plebanus, alterum cmetones habent, quam nihilominus iidem coloni cum suis clausulis non observant, omnia et singula temerantes, nec mandati ac praescripti rationem ullam habentes. Coarguti per Visitatorem hoc nomine coloni ³⁾.

Decimae huc spectant: Decima post agros colonorum villae Kaczewo, pro qua cmetones marcas 16 quotannis pendunt plebano. Decimationem sibi concedi postulat plebanus, quippe valorem habet multo maiorem ⁴⁾. Decima Rogalino, Piodunowo, Świętyniki, Czarnotki, Świesz praedialis, sub parochia Piotrkowo. Ibidem et ex alio praedio decima. Omnes istae villae

¹⁾ Z Trzecizny teraz czasem 15 kop., uiedawno dawano 24 marcas i dreff co potrzeba.

²⁾ Videnda recognitio Puzyk in agone facta manu scripta; non est parochus in possessione, sed coloni malae fidei.

³⁾ Nie wie o tej intercyzie ksiądz. Nieslychaly o tym, tak powiadają, sam pleban zdziwował się: trzeba się pytać pilnie.

⁴⁾ Theraz wytika pleban plus minus kop. 678.

nobilium et decimae manipulares, quae ab annis plurimis non solvuntur. Ex visitationibus superioribus liquet, quod de villa Nasielowo Dnorum Koluckich, ex duobus praediis decima manipularis, ex agris dictis kliny ad praedictam ecclesiam spectat.

Parochus: Parochus huius ecclesiae Gabriel Bahski ¹⁾, actu presbyter dioecesis Gnesnensis ²⁾, residens ad ecclesiam cum rectore scholae et cantore. Domus plebanalis angusta et ruitura brevi, habet celarium et caulas annexas et hortum sterilem. Plebanus hic investituram et litteras formatas habet, Breviarium item Romanum et Rubricellam. De incontinentia nuper fuit ad Officialem delatus. Vitam hic ac mores correxisse perhibetur, coctrice suspecta a se amota. Certum tamen est, eam saepius clam convenire plebanum, quo et nomine male audit. Reliqua, quae sunt ecclesiae, diligenter et rite administrat, nec cultum divinum negligit. Metriculas non conscribit, tonsuram non defert. Commonitus per Visitatorem omnium.

Ornamenta Ecclesiae: Calices 2 argentei, quorum unus integraliter inauratus, cum patena, tertius stanneus, ablutioni deserviens. Crux nulla est. Pacificalia duo: alterum argenteum parvum, alterum orichalceum inauratum cum Reliquiis. Reliquiaria item duo in altari maiore, alterum cum Reliquiis 11 milium Virginum, alterum cum Reliquiis S. Laurentii et S. Martini. Monstrancia cuprea, in qua Melchisedech ferreum. Arca sacramentalis cuprea cum vaseculo ligneo cooperto. Bursa pro deferendo ad infirmos sacramento cum tintinnabulo. Chrismale cupreum. Ampulae 2 stannae. Thurribulum cupreum. Cassula ex adamasco coloris violacei, filis aureis intexta, cum attinentiis. Cassula kamchea crocei coloris, sine attinentiis. Cassula ex medio hatlaso albi cum flavo coloris, cum cruce lata auro texta, sine pertinentiis.

¹⁾ Ven. Gregorius a Wynica investitus a. 1601 d. Jun. a Tarnovio.

²⁾ Wladislaviensis.

Cassula ex medio hatlaso rubea ¹⁾. Cassula ex sericeo duplici viridis coloris, cum trina alba, sine pertinentiis. In summa omnium harum cassularum, 3 albae, stolae 4, manipuli 2, humeralia 3. Cappa de grubрино rubeo, subducto nigro. Antependia duo tantum, festis et ferialibus diebus communia. Mappae 10, mantilia 13, superpellicium 1 ²⁾, pessimum. Szerzynki 4, quarum duae sericeo filo depictae, tertia cum trina sericea, quarta ex hatlaso viridi nuper facta ³⁾. Tobalea 2 pro ambona cum reticulo lineo, strophiola tetae tenuioris 5 ⁴⁾. Mantile ex grubрино rubeo pro ornando Vli Sacramenti tabernaculo, cum cruce ex trina alba. Corporalia 5, custodiae 2, scatulae 2 pro servandis corporalibus et velis calicum. Velum serici simplicis viridi pro calice; alterum griseum ⁵⁾. Coperta nigra pro feretro. Velum quadragesimale ex tela nigra. Vexillorum 3 paria. Candelabra in altaribus lignea ⁶⁾. Caldaria duo aenea. Lagena stannea pro vino. Campanae 3, quarum una vice signantibus minor, manuales, campanulae 2, seracula 4. Cistae 2 in sacrario, ferro munitae et clausae. Culcitrae veteres duae.

Libri: Missalia 2, alterum Gnesnense, Cracoviense alterum ⁷⁾. Agendae duae ⁸⁾, quarum una Petricoviensis reformata. Graduale, Antiphonarius, Psalterium, mutilata et lacerata. Item Sermones de tempore impressi et manuscripti. Item Biblia sacra scripta.

Victrici. Coloni duo de Kaczewo, tertius de Rogalino, quartus de Czarnotki. Tabula eleemosinaria est in usu. Inde vinum, thus, cera et reliqua necessaria providentur. Calculum per annos fere 12 aedi-

¹⁾ Dwa nowe czarne ornaty, jeden atlasowy, drugi czamletowy, krzyże srebrni pasamanowe.

²⁾ Pessimum.

³⁾ Ze złotem, nowe.

⁴⁾ Przybel obrus z bretami czarnemi i szerzinka.

⁵⁾ Alterum nigrum.

⁶⁾ Duo, et duo stannea parva.

⁷⁾ Tertium Romanum.

⁸⁾ Agenda nova.

*skryta p 22
skryta*

tuus senior colonus de Kaczewo facere neglexit, imo plebano id ipsum urgente recusavit. Nihilominus hic idem die palmarum anni praesentis fassus est, se collegisse et in paratis habere florenos 18 ¹⁾). Ex quo rursum tempore marcae 2 collectae et in aerario depositae. Fraternitas exstincta omnino. Pro festo S. Laurentii concurrit frequentior populus, lucrandarum indulgentiarum causa.

Piotrkowo.

Villa nobilis Balthasaris Linowski haereditaria. Ecclesia tituli Corporis Christi, B. M. V., S. Jacobi Apostoli, S. Vitalis Martyris et omnium Sanctorum. Ecclesia haec murata, cum turri, sacrario et depositorio bene munito. Turrim D. Linowski reparavit. Coemiterium similiter, adiutus collectis parochianorum, quod et ianuis est bene clausum.

De erectione authentica cognosci non potuit. In libro tamen veteri, catena ferrea scamno chori minoris affixo, talis scriptura per quendam plebanum insita reperitur, quam et hoc loco insertam voluit Visitor, uti authenticam et fide dignam, cuius hic tenor est et talis:

Haec Ecclesia fundata est anno Domini 980 per Reverendissimum in Christo Patrem et Dominum olim Lucidum Episcopum primum Cuiaviensem, cuius sedes tunc erat Crusficiae, qui licet Italus fuit, vita tamen et moribus integer, Jasność polonice vocabatur. Qui Cuiavienses Ecclesias fere omnes fundavit parochiales et erexit. Ad quem venientes parochiani nobiles Domini Jacobus Piotrkowski et Jacobus Lubszinski, instabant apud praefatum Pontificem Lucidum, pro fundatione et erectione praedictae Ecclesiae parochialis in Piotrkowo, fundos dantes pro illa, praefatus Ja-

¹⁾ Pieniądzy nie masz nic, prziznała sama niewiasta, doda 5 złotych, bo z tych nieboszczyk dawał na potrzebi kościelne.

cobus Piotrkowski villam Piotrkowo et praefatus Jacobus Lubszinski villam Palezewo, ut quilibet suum plebanum conferret, et consensit Pontifex. Pro decima in Konecko consenserunt ambo Pontifici praefato: haeres in Piotrkowo post suos cmetones 8 ad parochialem Junivladislaviensem et haeres in maiori Lubszino post cmetones ad parochialem Witowo, is enim erat possessor totius villae Konecko, in qua decima pro plebanis Piotrkowo ex mansis cmetonalibus 50; praedialis vero decima data plebano in Konecko, etc. Qua quidem decima ex Konecko, a cmetonibus praefati plebani alternatis vicibus usi sunt, qui in una parte decimas exegit anno praesenti, ipse in altera parte villae exegit decimas anno sequenti, hanc ordinationem inter se habebant. Caeterae decimae adiacentes ad praedictam parochiam in Piotrkowo post praedia et cmetones suos, decimas ex villis suis unusquisque percipiebat. Reliquas vero decimas ex medio uterque capiebat, ex quibus ministrum Ecclesiae et sacerdotes fovebat et sustentabat. Haec ex privilegiis ecclesiae Wladislaviensis collecta sunt, quia erectio dictae ecclesiae bellicis tumultibus periit, dum vastarunt totam Cuiaviam Prutheni anno Domini 1331, quo rex Vladislaus profligasse Pruthenos perhibetur. Haec ibi.

Ad praesens hoc idem circa praedictam ecclesiam observatur, ut duobus haec ecclesia gaudeat plebanis; collatores seu patrones quorum sunt nobilis Balthasar Linowski, solus in Piotrkowo haeres, idque unius partis, id est unius plebani. Alterius vero partis, hoc est alterius plebani, ad ecclesiam praesentandi concollatores nobilis Joannes Kosowski de Lubszyno, haereticus, et Stanislaus olim Andreae Lubszinski de eadem Lubszyno catholicus; est tertius haeres in eadem Lubszyno Joannes Zub, sed se profane omni iurepatronatu per quandam venditionem eiusdem abdicavit.

Plebanus unius partis Felix Lubszinski, Canonicus Lanciciensis, idemque thesaurarius Reverendissimi Archiepiscopi moderni, legitime ante annos ferme 18 institutus, at non residens. Pro dote habet hic plebanus inprimis villam Palezewo, quae habet duos

emetones (olim fuerunt 4) et praedium, quam quidem villam arendat ab annis 15 Joanni Kosowski, homini haeretico, taleris 70. uti testes deposuerunt. Habet et decimas, de quibus infra.

Plebanus alterius partis non praesentatur a Domino Linowski in Piotrkowo haerede, qui dote ecclesiastica usufruitur ac plane iure haereditario inique possidet, filium suum natu maiorem, uti ipse aiebat, in minoribus ordinibus constitutum, in academia Cracoviensi, ob spem adipiscendi hunc plebanatum educando. Pro dote hic alterius partis plebanus habet villam Piotrkowko, hoc est dimidiam partem villae Piotrkowko cum praedio certis scopulis cum suis campis adiacentibus viaque dislimitatam, quae quidem orientem et meridiem respicit. Habet haec villa 3 emetones. Dico clarius:

In hac Piotrkowko est domus plebanalis, quam Commendarius inhabitat, ampla nimis, hortum habens contiguum et spatiosum valde, quippe areae horrei et forestarum in hortum sunt conversi. Porro hanc domum emetones 3, tandem lacus piscosus et ad praesens redundans piscibus. Ultimo area tabernarii plebanalis seu emetonis, in qua est curia per Dominum Rusinowski haeticum, nuper haeredem, translato in alium locum emetone exaedificata, quam et modo D. Linowski, villae possessor, inhabitat.

Schola in fundo ecclesiae sita, cum aliquot domibus versus antiquam curiam protensis.

Decimae. Decimae ad quem parochorum sigillatim pertineant, ex testibus plane cognosci non potuit. Haec tamen, quae sequuntur, item ex antiquis libris dictae ecclesiae desumpta sunt. Ad hanc ecclesiam decima manipularis in Piotrkowo ex praedio haeredum et tabernis. In Wąsowo manipularis de sex mansis. In Gradowo manipularis de quatuor mansis et Starodinia. In Lubszino manipularis de praediis haeredum. In Jurkowo haeredum de parte Świesz manipularis. Decima Konecko alternata, non solvitur.

Scholam cum suo horto e regione ecclesiae sitam negat impudenter D. Linowski, cum testes omnes con-

trarium perhibeant et vicrici, quin et vicariorum domos iuxta hanc scholam fuere, quas modo inquilini incolunt.

Ex his proventibus tenebantur olim hi plebani duo alios duos sacerdotes ad ecclesiam alere, uterque scilicet proprium ¹⁾. Ad praesens unus tantum vicarius sive Commendarius ad ecclesiam Petrus a Gregorzewo, dioecesis Gnesnensis, commendam habens. Huic salarium annuatim penditur ab utroque per 10 florenos. Et ab utroque item minister ecclesiae, seu rector scholae percipit per flor. 4, hoc est annuatim flor. 8, qui et cantorem pro usu ecclesiae sibi adiunxit.

Notandum. Per annos fere 50 usu fuisse receptum, ut unus plebanus utrumque plebanatum possideret, quales fuere R. D. Piotrkowski, qui et ecclesiam muratam cum turri et sacrario exaedificavit, tum et cimiterium muro cinxit et qui eum sequutus est V. Albertus a Rawa vicarius olim Wladislaviensis, qui etiam utrumque plebanatum possidebat. Ob senectam tandem, pertaesus curarum ac sollicitudinum pastoralium, collatoribus eandem parochias vivus restituit, ac fortasse ad acta officiose resignavit.

Quantum ad Ecclesiam. Ecclesia murata, cocto etiam lapide in choro minori strata, intus depicta, bene tecta, testudine firmata, una cum sacrario firmiter clausa. Altaria habet tria ex lapide cocto, cum portatilibus integris. Est praeterea portatile novum in sacrario depositum. Litterae indulgentiarum binae repertae, quarum exemplar unum est indulgentiarum a Reverendissimo Mathia de Drzewica archiepiscopo Gnesnensi de anno Domini 1527, dierum 40 pro festis Corporis Christi, B. M. V., et S. Jacobi Apostoli, S. Vitalis M. et Omnium Sanctorum, ecclesiam predictam protunc visitantibus vel, *Pater noster* et *Ave Maria* ante Crucifixum intra ecclesiam recitantibus etc. donatarum. Hoc idem Reverendissimus Joannes Drojewski Episcopus Wladislaviensis, consecrata eadem

¹⁾ Unus tantum utriusque sacerdos.

ecclesia murata et per Reverendum olim Petrum Piotrkowski e fundamentis erecta, suo authentico indulgentiarum dierum item 40 pro festis praedictis approbavit et concessit Consecrata anno Domini 1555 mense Augusto, cum altaribus et imaginibus altarium speciose sculptis et ornatis ¹⁾.

Ciborii et baptisterii curatio munda cum clausura ²⁾. Cultus divinus rite expeditur. Singulis diebus dominicis et festis Matutinum cum Missa et Vesperis cantatis. Lecta aliquoties in septimana, quin et feria 6 cantata de Passione Domini. Catechismus non recitatur. Decalogus et Bogarodzica canuntur. Metri culae baptisatorum et contrahentium notantur ³⁾. Bannae praemittuntur et confessiones. Reliqua non negligit. Raptores decimarum absolvit. Domino loci descendit in omnibus.

Supellex Ecclesiae. Calices argentei 3, quorum unus integraliter inauratus. Monstrancia argentea, tota deaurata. Crux argentea tota deaurata, fere cubiti unius. Crux altera minor, itidem argentea cum basi aerea deaurata ⁴⁾. Pacificalia 4 argentea, quorum duo maiora deaurata cum Reliquiis ⁵⁾. Chrismale aereum deauratum. Pixis sacramentalis lignea cum patula stannea ⁶⁾. Ampulae argenteae duae inauratae et 4 stanneae. Thurribulum cupreum. Ferrum pro pinsendis hostiis. Caldaria duo aenea, alterum pro aqua lustrali, alterum baptisterii. Cassula ex veluto rubeo, aureis filis florisato, cum pertinentiis. Cassula ex procedella flava, cum pertinentiis. Cassula ex adamasco viridi, cum pertinentiis, italice facta. Cassula ex adamasco viridi, similiter cum pertinentiis. Cassula kamechea diversicolorata, cum apparatu. Cas-

¹⁾ Indulgentiae adiutrices.

²⁾ Puszka SS. Sacramenti drewniana.

³⁾ Ab a. 1597.

⁴⁾ Polamani.

⁵⁾ Dwa napsowane.

⁶⁾ Krzyż srebrni złocisti wyciskani od pani Wąsowski, obraz Slupski.

sula ex medio hatlaso coloris subnigri, cum apparatu. Cassulae 4 nigrae ¹⁾. Cassulae veteres diversi coloris 3. Cappae duae, altera kamehea rubea, altera ex harasso, attritae et vetustae. Antependium unum ex axamento rubeo, auro texto florisato. Antependium ex hatlaso rubeo, flavo et alba per columnas, pro altari minori factum. Antependia tria ex muchaiero rubeo ²⁾. Mappae diversae, numero 21 ³⁾. Mantilia diversa 11. Tobalea 1 pro ambona eaque linea. Strophiola telae subtilioris, alias rąbki 3. Jedwabnica seu mantile sericum 1 pro Monstrantia ornanda. Corporalia 4; Pallae 2. Scatula pro servandis corporalibus. Vela 3 calicum ex tapheta alba et flava ⁴⁾. Superpellicia duo. Vexillorum paria 2 ⁵⁾. Cantarus stanneus 1. Candelabra lignea depicta et 1 stanneum. Pannus rubeus pro gradibus altaris, nuper comparatus. Campanae tres in campanili. quarum una instar signantis. Tintinnabula 3. Campanula manualis 1. Serae pensiles 4. Serinia ferro munita et bene clausa duo ⁶⁾.

Libri. Missale Romanum 1, Gnesnensia 2, Cracoviense 1. Agendae 2, reformata et vetus. Graduale pergameneum in folio. Antiphonarium pergameneum in folio. Psalterium papyraceum ⁷⁾. Rationale divinorum, cum Legenda SSorum simul. Biblia Sacra

¹⁾ Duae novae, jeden kitajkowi, drugi muchaierowi, z krzyżem srebrnym, od pani Wąsowski.

²⁾ Antependia duo nova, jedno hatlasowe diversi coloris, drugie muchaieru nawleczonogo.

³⁾ Drugi ornat uowi, biali adamaszkowi.

Nota. Pani Wąsowska alias Slupska, kitajkowi czarni sprawiela. Piotr sprawil czerwoni adamaszkowi z krzyżem szerokiem zlotoglowowym.

⁴⁾ Diversi coloris.

⁵⁾ Kapa nowa zielona adamaszkowa, pleban sprawil, listwa chamkowa. Flaszka cinowa od wyna.

⁶⁾ Superpellicia duo pro pueris y dalmutia. Po córee Imci pana Linowskiego dano 10 łokci kitajki biali duple na 2 antependia i ornath.

⁷⁾ Novum X. Piotr kupil.

Hieronymi. Liber quidam manuscriptus. Vitae Martyrum. Breviarium Cracoviense in thesauro depositum ¹⁾.

Victrici. Duo coloni de Piotrkowo possessionati ac boni testimonii. Pecuniam ex tabula colligunt. Ceram, thus, vinum et alia pro usu ecclesiae inde procurant. Rationem reddit Dno Linowski et Commendario singulis anni quadrantibus. Rationes accepti et expensi conficiunt ²⁾.

Lubotyń.

Villa Rmi Dni Episcopi Wladislaviensis, cuius et Juspatronatus Ecclesia tituli S. Laurentii et S. Adalberti martyrum, semimurata quoad chorum minorem. Totum templum tegula lignea contactum. Pars templi posterior lignea et prae antiquitate ad ruinam proximam propendet, fuleris iam pridem sustentata. Nunc iam prorsus omnia labuntur, tecto desuper non lacero solum, sed plane lapsum, ventis ingruentibus minitantur. Reparandae ecclesiae plebanus impensis se propriis sufficere non posse affirmat. Una, inquit, parte reparata, alia ruit; nec moles adeo gravis et ruinosa, prorsus retineri potest salva. Pavimentum latere ³⁾ non est stratum, proin informe et sordidum. Altaria 3 cum deformibus et incongruis gradibus, quorum duo ornata ⁴⁾ cum portatilibus integris; tertium in tenebris iacet neglectum ⁵⁾. Ciborium intus mundum, at inepto loco positum. Ostensus est parochi locus pro ponendo Ciborio, longe aptior et commodior. Recepit id se facturum ⁶⁾. Aqua lustralis in vase lapideo in medio templo posita. Consultum ut transferat

¹⁾ Villae parochiales: Medietas Waśowa, Paliczewo, Swiesz, Lubino, Gradowo, Wujeino, Szewce, Dębolaża, Jurkowo.

²⁾ Pecuniae plus minus 20 floreni.

³⁾ In maiore choro.

⁴⁾ Antiqua.

⁵⁾ Novum cum tabernaculo] Ss. Trinitatis, non benedictum, pau Sierakowski sprawil.

⁶⁾ Aqua lustralis in portione extra ecclesiam.

illud et in porticu ecclesiae reponat. Campanile noviter per plebanum constructum et campanae refectae, in quo adiutus collectis parochianorum, sed nondum consecratae. Tabulae altaris maioris et minoris similiter nondum consecratae. Clausura ciborii, baptisterii, templi firma. Cemiterium bene septum et ianuae eiusdem noviter partim per plebanum partim per generos. D. Lucam Sierakowski positae ¹⁾. Exstat exemplar indulgentiarum sigillorum 12 a Cardinalibus huic ecclesiae pro festis Annuntiationis B. M. V. et S. Laurentii et S. Adalberti et Inventionis s. Crucis, dierum 100 concessarum, quarum tamen nullus est usus, excepto festo S. Laurentii patroni, pro qua festivitate multus undique, tum ad vota pie persolvenda, tum ad mercandum concurrat populus. Foundationis litterae non exstant ²⁾. Exstat tamen sententia per quendam Officiale Wladislaviensem definitiva, pergameno inserta, capitulari sigillo sigillata et manu publici notarii subscripta, et connotata, de et super redditibus plebani Lubotinensis, anno Dni 1474 lata; quae quidem litterae authenticae in aerario seu thesauro ecclesiae Lubotinensis per victricos asservantur, quarum et exemplar actis Consistorii Wladislaviensis insertum esse asseritur.

Proventus plebanales: In primis area plebanalis, in qua continetur domus plebani habitationi commodissima, quippe per modernum plebanum pene de novo est magna ex parte exaedificata et ampliata. Est et altera domus pro familia, vilior, cui caulae cum stabulis et forestis sunt annexae, retro quam versus curiam episcopalem est hortus lupulo consitus, cum braxatorio et braseo ³⁾. Ex altera vero regione domus plebanalis, item duo horti cum pomario et horreo. Extra hortos et viam publicam, domus una pro vicario, secunda pro ludirectore, tertia pro piscatore, quarta pro hortulano, quinta pro tabernatore, qui et taberna-

¹⁾ Contrarium verum thesas.

²⁾ Cum manu adintrice.

³⁾ Zgorzało to.

riam ex antiquo pro iure plebanali exercebat, ad praesens plebanus de iure suo deiicitur, quo nomine conquestus est. Agri mansos duos habet in fundo Lubotiniensi, inter agros emetonum sitos, idque in singulis tribus campis, mansus quilibet sulcos 8, alibi 9 vel 10 continens, cum additamentis et pratis adiacentibus. Item pratum, vulgo appellatur Zmiewiec, inter agros praediales et emetonales situm. Item in Zakrzewo (quae villa est Rmi) sunt mansi agri duo, cum suis areis, alter plebanalis, alter emetonis subditi plebanalis. Additamenta ibidem in duobus campis cum pratis ibidem annexis. Mansos in Lubotin ipse plebanus per familiam suam excolit. Mansum autem utrumque in Zakrzewo emeto plebanalis ibidem residens arat. Ratione quorum mansorum duorum idem pendit plebano annuatim marcas duas et decimam manipularem et missalia, ex quolibet videlicet manso coretum unum siliginis et coretum unum avenae mensurae Colensis. Duorum item dierum pro consuetudine antiqua labores et onera quavis septimana Dno Plebano praestat. Item percipit parochus idem missalia ex tribus pagis Rmi Dni Episcopi post agros emetonum, Lubotyń, Zakrzewo et Kałęczyno ¹⁾. Lubotyń habet emetones 5, singuli 1 mansum colunt et missalia pendunt per 1 coretum siliginis et 1 avenae mensurae Colensis. Fuerunt olim 12 coloni, quorum agri deserti, partim pro praedio sunt conversi, partim a emetonibus possessionatis excoluntur. Ex quibus missalia parochus non proveniunt. Dominus tamen arendarius, per concordiam quandam cum parochus factam, portionem agri seu mansum 1 parochus assignavit et usufruendum concessit, quem et pro usu suo parochus exerceat, quamquam (inquit) parum aequa proportione ²⁾. Zakrzewo emetones 11 (olim fuerunt 24) pendunt parochus eodem more et tenore missalia. Ex desertis nihil datur ³⁾. Kałęczyno emetonum 4 (olim

¹⁾ 20 cor. siliginis, avenae item 20 cor.

²⁾ Nihil horum haecenus.

³⁾ 25 siliginis cor. item avenae 25 cor.

fuerunt 6), a quibus eodem modo missalia mensurae Colensis conferuntur 1). In antiquis revisionibus sic habetur: Meszne in tribus villis quilibet emeto per 3 cor., scilicet cuiavienses, summa facit 200 coret. 2): haec ibi. Item habet plebanus in lacu Lubotinensi, quotienscunque in lacum sagena mittitur, ex tractura sagenali partem decimam piscium seu piscem decimum, secundum quantitatem et qualitatem, uti privilegii formalia verba sonant 3). Item, iuxta privilegium, liberam habet parochus in eodem lacu Lubotinensi piscationem, per decursum anni totius, parvis retibus et instrumentis, scilicet watoń, mrzeza, slampnica et guligustris, alias więcierzami, et etiam reti manuali, alias zabrodnią, idque per omnes in circuitu eiusdem lacus ripas, quod nec moderno plebano denegatur 4). Item, in profluvio ex lacu decurrente sunt jazy solius plebani, quibus et usufruitur 5). Item in eodem fundo Lubotinensi habet silvam Popowiec dictam, cui et prata et particulae agri plebanalis sunt connexae et contiguae: potitur his omnibus plebanus 6).

Decima eiusdem. Decimam habet ex villa parochiali Izbicensi, Swieszewy, tam post agros emetonum quam praediales, pro qua iure plebanus et parum caute et strenue experitur 7). Item decima in maiori Mehowo post araturas colonorum, nam ex curia ad Małoszyno spectat; olim solvebatur, iam vero ab annis 5 nihil solvitur. Item decimas habet manipulares ex villis Bogusławice, Gorai et Nasiegniewice, quas quidem decimas D. Lucas Sierakowski, villarum earundem haeres, pro suo arbitrio redemit 8). Item decimam in Oszno Podleszne, et in Oszno Nagorne

1) 3 cor. silig., item avenae 3 coreti.

2) Teraz 27 plus minus.

3) Daja.

4) Wolno.

5) Wolno.

6) Wolno Sacristia minatur ruinam.

7) Latałski daje grzywnę, drudzy dawają po kopie: po-winni dawać, ale nie dają.

8) Daje marc. 11.

et in Oszno Nadolne seu Blizne, et in villa Ryn, quae omnes minus aequa pensione pro arbitrio Dominorum redimuntur ¹⁾. Columbatio seu strenna ab omnibus et singulis ecclesiae Lubotinensis parochianis parochi debetur et penditur; a cmetonibus quidem per gr. 1, ab hortulanis vero et inquilinis per dimidium grossum.

Villae parochiales. Lubotyń, Zakrzewo, Kałeczy-no, Bogusławice, Goraj, Nasiegniewice, Oszno podleśne, Oszno nagórne, Oszno nadolne seu blizne, Ryń. Aliquot nobiles parochiani non sunt hoc anno confessi. Haereticum unum tantum habet parochia, scilicet Joannem Siewierski.

Parochus. Ven. Alexius a Szolca dioecesis Gnesnensis ²⁾, legitime ad ecclesiam investitus et formatas litteras habens, ad ecclesiam ab annis 13 residens; homo senio affectus et maturus moribus, in tuenda et augenda re familiari, quam in ornanda ecclesia industrior et indulgentior, dignitatem tamen sacerdotalem constanter retinere videtur. Vicarium nullum habet, ipsemet valetudinarius, curat tamen habere. In schola ludirector cum cantore et scholaribus 8. Cultus divinus pro more villae rite et recte sine ulla negligentia scholarium expeditur. Catechismus recitatur, nisi forte absentia puerorum obstet. Decalogus canitur et Bogarodzica diebus solennibus. Metriculae ³⁾ scribuntur et sacramenta gratis administrantur et tempestive. Bannae praemittuntur et sacramentum poenitentiae aut contractum matrimonialem. Confitetur vel in Brdowo, vel Bernardinis Colensibus.

Supellex ecclesiae: Inventarius oblati per victricos secundum quem et revisio facta. Calix argenteus cum patena ⁴⁾. Calix alijs argenteus novus, itidem cum patena ⁵⁾. Crux argentea nova, quae ambo

¹⁾ Czyni to plus minus 45 flor.

²⁾ Joannes Kłosiński, dioecesis Plocensis, Vicarius non est.

³⁾ Fit inpte et imperfecte.

⁴⁾ Zginał u złotnika w Poznaniu, X. Kowalskiego pytać

⁵⁾ Pan Łukasz Jurakowski sprawił in anno 1611.

ex duobus calicibus corruptis et duobus pacificalibus parvis, tum et ex dimidia cruce argentea, hoc anno sunt ecclesiae impensis comparata, needum consecrata. Pacificale 1 argenteum parvum ¹⁾. Monstrancia cuprea. Arca sacramentalis itidem e cupro cum vasculis ligneis coopertis et patula lignea. Chrismale cupreum, ampula: stanneae 3 ²⁾. Caldaria aerea 2. Thurribulum cupreum. Cassulae tres potiores, scilicet: cassula ex veluto rubeo, cum cruce ampla auro intexta et apparatu toto ³⁾; cassula de atlaso rubeo, trina aurea exornata more Italico, cum attinentiis; cassula nigra de harasso cum apparatu; cassula de barchano coloris albi, cum apparatu; cassulae reliquae tres contritae et quarum nullus est iam usus ⁴⁾. Cappa ex adamasco coloris violacei. Cappa nigra ex kanawaca ⁵⁾. Dalmaticae duae ex medio hatlasso coloris rubei. Antependium ex adamasco grisei coloris. Antependium ex muchaiero viridi et flavo per columnas; tertium et quartum varii coloris, simplex. Pelvae communes 18. Mantilia 27 ⁶⁾. Mantilia telae subtilioris vetustiora, alias rąbki 12. Tobalea duo lineae pro ambona et altari maiori. Tobalea altarium alias szczyzunki 8, quarum tantum duae potiores. Vela duo pro calicibus ⁷⁾, alterum serici simplicis, alterum bombycinum diversicoloratum, Patavi nuper per D. Sierakowski emptum. Corporalia 4; pallae 3. Superpellicia nova pro ministrantibus 2 ⁸⁾. Candelabra lignea ⁹⁾. Vexilla sex agrestia et vetera. Pelvis orichalcea ¹⁰⁾. Lagena pro vino. Candelabra duo mo-

¹⁾ Desiderantur duo lapides.

²⁾ Dal. jałowice kościołowi i 2 świnię.

³⁾ Sine stola.

⁴⁾ Vix aliquis iam usus.

⁵⁾ Cappa axamintna zielona stara. Nowe ornaty, vide in charta.

⁶⁾ Szczyzunki 2, jedna ze złotem.

⁷⁾ Diversi coloris.

⁸⁾ Majus unum superpellicium.

⁹⁾ Candelabra duo mosiężne skromne.

¹⁰⁾ Non est.

sieżne. Cooperta palpiti altaris. Tapes attritus ¹⁾. Pannus pro gradibus altaris. Velum quadragesimale ex lino albo. Campanae 2 in campanili, nondum consecratae. Signans 1, manuales campanulae 2. Operculum de panno rubeo pro baptisterio ²⁾. Scrinia 2 in sacrario, ferro munita et clausa. Seraculae pensiles 3. Ferrum pro pinsendis hostiis. Tectorium nigrum pro feretro pannosum ³⁾.

Libri. Missale novum Romanum; aliud Gne-
snense, lacerum. Graduale, Antiphonarium, Psalterium,
mutilata valde et lacera. Agenda nova provincialis,
altera vetus minor. Biblia sacra latina in folio.

Victrici 4, tres subditi Reverendissimi, quartus de
Bogusławice, colliguntur per eos eleemosynae. Vinum,
thus, ceram et reliqua necessaria suppeditant. Cera S.
Laurentii ex oblationibus tota cedit pro ecclesia, ra-
tione cuius, inquit plebanus, vinum victricus providere
tenetur, sed frivola isthaec est ratio: plebanus suam cau-
sam agit. Rationes accepti et expensi conscribuntur,
et quotannis plebano cum registris se sistunt. In pa-
ratis tantum habent flor. 3. Duo alvearia apum in
horto sunt plebanali deposita, quae sunt ecclesiae pro-
pria ⁴⁾. Fratrnitas exstincta ab annis tribus, negli-
gentia rusticorum et maxime solius plebani.

Brdowo.

Oppidum regium, castri Colensis. Ecclesia mo-
re parochialis, tituli Nativitatis B. M. V. et S. Adal-
berti. Juspatronatus Regularium S. Pauli Eremitae *Paulini*
Conventus Clari Montis. Erectionis et Indulgentiarum
monimenta creduntur in Claro Monte esse deposita.
Concursus populi pro festo Nativitatis B. M. V. fre-
quentior etiam ex locis remotioribus, religionis et voti

¹⁾ Non est.

²⁾ Non est.

³⁾ Alb 5, humeratów 4. Smintarz pełen świni i gnoju by-
łego.

⁴⁾ Duo alvearia apum in Zakrzewo u wójta legowane.
Marcae 11 legowane od woyta Pawła z Zakrzewa, vivente; nie dane.

persolvendi gratia. Templum latericium, tabulato tamen et tecto ligneo nuper contactum. Ei campanile annexum ligneum, tecto lacero, quale et ossorii. Cimiterium bene septum et clausum. Templum intrinsecus mundum et elegans, cuius pavimentum lapide cocto stratum. Altaria tria murata et consecrata cum Reliquiis sacris, quamquam et portatilia duo sunt integra: alterum in altari, alterum in Ciborio. Ciborii et baptisterii nitida curatio, sub claustra ¹⁾.

Proventus Ecclesiae. Pro dote habuit haec ecclesia olim villam dictam Psary, quam aliquando tres emetones incolebant. Desolata autem villa, tota haec haereditas in se limitata, pro praedio Conventuali cessit ²⁾. Sita extra granicies oppidi Brdowo versus Modzerowo, Izbica et Szczmielnik et Świętosławice, cum quibus haec haereditas terminos habet communes. Habet vero agros plurimos, qui partim a Conventu Brdoviensi excoluntur, partim oppidanis ex censibus certis pactis locantur ³⁾. Conventus tria aratra habet et familiam multam in domo praediali morantem ⁴⁾. Item, habet suum lacum proprium, tracturarum sagenalium 5 et sexta Żgon dicta, quam D. Sokołowski haeres in Modzerowo. his retro annis nullo iure impediēbat ⁵⁾: ea tamen Conventuales usufruntur. Partem huius lacus possidet Modzerowo, et partem etiam certam Szczmielnik. Aliquot in locis distincta prata, spaciosiora vero ea, quae ad lacum sunt porrecta ⁶⁾. Est etiam borra hanc haereditatem Psary

¹⁾ *Nota.* Ślub dał przeor w domu Łukaszu Sierakowskiemu.

²⁾ Urodzi się kop 80.

³⁾ Plus minus 200 fl. i skrescencii swey u dziesięcini Zalitora po Brdowie plus minus 80 fl. wolno sprzedać albo wytknąć.

⁴⁾ Pan Sokołowski Świętosławice dawał zakonnikom brdowskim 10 złotych, a pan Latałski theras wyteczną daye: Ecce filii lucis et homines sancti.

⁵⁾ I teras impedit.

⁶⁾ Obligatio pro censu z Sierakow pan Łukasz daje census w jeden tydzień pro peccatis feria 4, w drugi tydzień pro defunctis feria 6, flor. 15 od trzechset złotych, które obiecał na aniwersas do kościoła Brdowskiego.

concernens, quae initium sumit a lacu Conventuali et extenditur una ex parte ad viam regiam Posnaniensem, et ex altera parte terminatur ad granicies boreae Korzecznik et Modzerowo. Item area plebanalis ambit ecclesiam fere circumcirca, in qua curia recens exaedificata magnifice. Altera domus pro familia humilior. Utramque ambit pomerium insigne et hortus. Eadem area habet domunculam retro templum pro hortulano. E regione templi, versus oppidum schola. Particula cemiterii una cum sepulchris per quandam Priorem in viridarium conventualem conversa. Cemiterio restituenda ¹⁾.

Decimae eiusdem Ecclesiae. Decima post araturas oppidanorum manipularis libera, quae tamen ab oppidanis redimitur interdum fl. 90. Decima Trzebuchowo manipularis, solvitur ²⁾. Decima Świętosławice, quae villa regia est, manipularis, quae post agros emetonales extraditur Conventui: at ex agris praedialibus nihil datur. Decima in Polanisch, solvitur ³⁾. Decima in Radoszewice solvebatur, nunc nihil solvitur. Decima in Wieczienino, arbitrarie solvitur ⁴⁾. Decima in Dłuska Wola, non solvitur. Decima in quadam sorte haereditatis olim ad praedictam villam Długie pertinente; nunc vero haereditati Szczmielnik adiuncta et incorporata. (*nihil datur*).

Villae Parochiales. Oppidum Brdowo, Trzebuchowo, Wieczienino, Polanisz, Radoszewice, Świętosławice. Haereticos nullos habet parochia ista. Confitetur vulgus in paschate, exceptis nobilibus ⁵⁾, quorum pars magna est impiorum.

Parochus. Cura parochialis animarum penes Priorem Sebastianum ⁶⁾, fratrem Conventus Clari Montis. Hic ab uno anno circa hanc parochialem residet, cum

¹⁾ Nota, ut intelligas.

²⁾ Fl. 16.

³⁾ 5 fl.

⁴⁾ Nihil datur.

⁵⁾ Quibusdam.

⁶⁾ Simonem Hżensensem.

duobus ¹⁾ fratribus, actu presbyteris, eiusdem Ordinis ²⁾. Breviariis Romanis et Rubricella Wladislawiensi ³⁾ utuntur. Sacramenta omnia intra et extra oppidum in tota parochia per eosdem administrantur et dispensantur diligenter. Est item ad ecclesiam scholae rector cum cantore et scholaribus 10 vel ultra. Percipit ludirector stipendii a patre Priore gr. 40 in singulos anni quadrantibus. Habet idem tertiam partem accidentium et oblationum et accidentia scholae usitata, cum petita.

Cultus divinus. Diebus dominicis et festis Matutini Nocturnus unus per scholam, tandem matura lecta de B. Virgine, ut plurimum. Concludit summa Missa per scholares cantata, cum Vesperis, per eosdem cantatis, absque Completorio. Porro fratres Conventuales, propter hunc descriptum modum, diebus sollemnibus et aliis plurimis celebribus, iuxta Clari Montis regulam et consuetudinem aliorum Conventuum ⁴⁾, horas maiores canonicas ipsimet per se decantant integraliter, quos tamen in Prima et Tertia decantanda scholares adiuvant. Diebus ferialibus Missa quotidie lecta, hoc est ⁵⁾: feria 2 pro defunctis; feria 3 de S. Anna; feria 4 pro peccatis; feria 5 de Corpore Christi et de SS. Trinitate; feria 6 de passione Dni, sabbato de S. Spiritu et de B. M. V. In semiduplici autem et duplici festo, Missa summa semper cantata cum Vesperis per scholares. Concionator Fr. Nicolaus ordinarius, Prior tamen ipse saepius hoc muneri exequitur. Metriculae baptisatorum et contrahentium scribuntur. Bannae praemittuntur et confessiones. Extra ecclesiam sacramentum matrimonii non confertur. Habitum et tonsuras deferunt, pro more Conventus. Gratis administrantur sacramenta. Catechismus polonicus non re-

¹⁾ Tribus.

²⁾ Jam et nunc benedictionem tantam asserunt se habere a Reverendissimo.

³⁾ Cracoviensi.

⁴⁾ Parvus numerus impedit hanc devotionem. Privatim legunt Horas.

⁵⁾ Pro commoditate ezinią, non ex obligatione.

citatur unquam. Iniunctum Priori, ut super eo invigilet. Decalogus et Bogarodzica non canuntur. De his omnibus mandatum Patri Priori. In Conventu plures mulieres et ancillae visuntur, praecipue in coquina et alibi. Sub Priore proxime praeterito pessime audiebat hic Conventus. Modo non adeo palam dissolute vivitur, testimonio victricorum.

Supellex Ecclesiae. Inventarius non est oblatu: fortassis non habebatur.

Calices duo argentei ex parte inaurati, cum patenis. Calix tertius argenteus, totus deauratus, cum patena. Crux argentea lapillis decorata, cum basi aenea deaurata. Crux altera orichalcea parva. Pacificale argenteum exiguum per modum crucis. Monstrantia argentea recens per Patrem Priorem comparata, pro qua etiam victrici septem marcas polonicas, pro vexillis legatas, impenderunt. Pixis Ven. Euchari-stiae Sacramenti cuprea, cum vasculis involutis. Chrismale stanneum. Cassulae 9: Cassula ex adamasco rubeo, filis aureis florisato, et appellatur adamaszek moskiewski, cum toto apparatu. Cassula ex veluto rubeo, cruce lata sericea cum figuris, et pertinentiis. Cassula ex procedella flava, cum trina alba et attinentiis. Cassula ex veluto nigro, cum cruce ex trina argentea, cum stola et manipulo. Cassula ex adamasco nigro cum cruce flava ex trina, cum pertinentiis. Cassula ex hatlaso pumiceo, cum cruce auro texta, stola et manipulo. Cassula adamasci albi cum stola et manipulo. Cassula ex adamasco moschovitico viridi, filis et figuris intexta. Cassula ex veluto nigro, vetus, cum stola et manipulo. Cassula ex adamasco albo cum cruce auro texta. Dalmaticae duae kamcheae. Cappa ex adamasco crocei coloris florisato. Cappa ferialis simplex, varii coloris. Cappa nigra ex medio hatlasso. Antependium ex veluto viridi, cum medio hatlasso flavo. Antependium ex mu-chaero fulvi et rubei coloris. Antependium kamcheum. Antependium spalerowe ⁴⁾. Mappae 24. Mantilia 6,

⁴⁾ Antependium nowe kytajkowe.

et minora pro ceroferariis duo acu filo sericeo picta. Tobalaea duo linea: alterum filo sericeo florisatum, alterum instar mappae filo lineo, texta. Tectorium super altari bombycinum, stragulatam. Mantiliola telae subtilis 4. Mantile ex tela sericea unum. Szerzinki 5, quarum nonnullae serico depictae. Corporalia 5. Pallae 4. Velum pro calicibus ex tapheta alba, veluto rubri et flavi coloris intextum. Sunt item plura alia vela elegantissima, privata Fratrum Conventualium, quibus et calices adornantur. Candelabrorum stanneorum duo paria. Tectorium palpit altaris maioris album cum trina veluti rubri. Vexilla 4, et duo minora pro pueris. Ampullarum tria paria stanneorum. Ahena duo. Lagena pro vino Gradus altaris nudi, de cooperta eius, quae nuper fuit, nescitur. Campanae duae, signans una; tintinnabula sex. Thurribulum cupreum. Seræ pensiles tres. Scrinium in sacrario unum.

Libri. Missalia tria Romana et quartum Gnesense. Agenda sacramentalis Wladislaviensis et altera vetus lacerata. Graduale, Antiphonarium, Psalterium, accisa, lacerata et sordida, chartis vix haerentibus.

Victrici. Oppidani possessionati iurati duo ¹⁾. Rationes accepti et expensi conscribuntur, calculo omnium exigente Priore, vel revisoribus Clari Montis. Ceram, thus, munditiem vestimentorum, fabricam templi et alia iidem procurant. Vinum ipsemet Conventus providet ²⁾. Paulus Rogacz proconsul in Brdowo debet ecclesiae marcas 9, quas illi victrici post conflagrationem mutaverunt ³⁾. Fratritas communis extincta, iuxta et pauperum.

Hospitale Brdowo. Hospitale ligneum ab annis 4 per D. Stadnicki capitaneum Colensem exstructum, cum hypocausto et camera et sacello imperfecto. Si-

¹⁾ Albertus Wronka.

²⁾ Convent przewiduje te potrzebij; Victrici wyno samo.

³⁾ Nie wiedział o thym X. Prior.

tuatum in fundo civili. Sex pauperes tenet, masculos duos, et vetulas 4 ¹⁾.

Dotem habet a Dno Stadnicki capitaneo Colensi tres agri mansos in fundo Brdowo assignatam et datam, qui quidem mansi ex antiquo ab oppidanis ex censu certo pro capitaneis Colensibus excolebantur ²⁾. Ex his hospitale ipsum pro usu proprio arat unum mansum frugesque demetit. Duos autem reliquos locaverunt oppidani 4, censum hospitali ad manus victricorum ecclesiae persolventes. Hortum habent iuxta hospitale, oleribus consitum. Curator hospitalis D. Jacobus Nasiegniewski advocatus Brdoviensis, una cum victricis, Alberto Sulich et Wronka ³⁾. Vivit hospitale partim ex his agris sibi attributis, partim ex eleemosinis. Sed culinam et mensam non habent communem. Curatoribus iniunctum, ut ad rationem et normam hospitalium redigantur omnia. Habet 4 boves, quos aratro iungunt; praeterea aliis pecudibus carent. Confitentur quidem interdum et communicaunt, ast inordinate vivunt et absque legibus. Unde nec disciplina retinetur; privatim quisque pro se, quod capit, rapit. Littaniae cum eis non recitantur. Nec pater Prior, nec Conventus illorum curam suscipit; causantur hoc sibi non esse, nec fuisse unquam a quocumque Officio delatum vel iniunctum ⁴⁾.

Izbica.

Oppidum generosi D. Georgii ⁵⁾ Latałski. Juspatronatus ad ecclesiam eiusdem iure acquisito. Olim haeredi in Izbica serviebat, Dno Sylvestrio Kretkow-

¹⁾ Zaczął Wojewoda Poznański, więc Opaliński, Gostomski, Stadnicki etc. prawa nie masz żadnego.

²⁾ 12 grzywnien dają z miasta.

³⁾ Drugiego kowal Jurek.

⁴⁾ Proponet pater Prior in Capitulo Czesłochoviensi, an sit suscipienda area hospitalis.

⁵⁾ Stanisłai.

ski, uti ex concordia cum aliis parochianis, anno Dni 1551 facta, et per Rev. Stanislaum Karnkowski Loci Ordinarium anno 1571 comprobata, liquet. Cuius quidem concordiae monumentum authenticum sigillatum in sacrario Izbicensi per aedituos Klimunt, Mađek et Świątek, oppidanos, asservatur, per me Visitatorem ibidem anno Dni 1598 et visum et lectum ¹⁾. Ecclesia tituli SS. Floriani et S. Matthaei Apostoli. Anniversarius consecrationis prima Dominica post Michaëlis. Litterae indulgentiarum exstant a 12 Cardinalibus ecclesiae Romanae dierum 100, perpetuis temporibus ecclesiae parochiali Izbicensi, de data Romae anno Dni 1493, idque pro festis Nativitatis Dni, Paschae, Pentecostes, S. Floriani Martyris et Dedicacionis templi, donatae ²⁾. Templum muratum, tegula latericia tectum, sed multis locis perfluum, latere cocto stratum ³⁾. Altaria 4 habet murata, et sacellum unum cum altari; portatilia tantum duo et tertium in Ciborio. Sacrarium testudine munitum et fortiter clausum. Ciborium et baptisterium decenter curatur. Liqueores sacri ex Wladislavia sumpti. Cemiterium divulgum ⁴⁾, oscitantibus ad hoc parochianis. Ossorium ad latus ecclesiae positum. Campanile ligneum, nuper per aedituos exstructum.

odpisy rymu

Wobornia tu stary
ni cmenty koscist
w floryan

Capella S. Floriani. Huius ecclesiae capella in fundo Izbicensi, ultra boream versus Chotell, exstat lignea, tituli S. Floriani. Consecratam aliquando, inde colligitur: quod anniversarius dedicationis sollemniter per Vicarios Izbicenses dominica 2 post Michaëlis celebratur. Ad hanc capellam maximus fit hominum concursus religionis causa, maxime pro festis S. Floriani, S. Annae, S. Marci, feria 2 Paschae, feria 2 Pentecostes et Dedicacionis. Inquisitum est de originali indulgentiarum, sed nihil certi cognosci potuit. Asserverant tamen, tam victricis, quam sacerdotes, illam

¹⁾ Et ego vidi oboye prawo circa praesentationem.

²⁾ Adiutrices manus.

³⁾ Caput ecclesiae.

⁴⁾ Reparatum bis fortiter.

capellam eandem esse numero cum ecclesia parochiali Izbicensi et communes propterea habere cum parochiali Izbicensi Indulgentias. Ex revelatione quadam hanc capellam exaedificatam ab annis fere 300 vel 400, autumant senes, cuius revelationis indicium ponunt lapidem in cimiterio eius capellae positum, in cuius superficie conspicitur planta pedis humani effigiata, quam vulgus D. Floriani plantam vocat, et religiosius per oscula et asportationem panis et casei colit. Miracula ad hanc capellam nulla facta unquam, nec fiunt. Offertorii pecunia altari imposita deservit sacerdotibus. Cera vero omnis cedit pro ecclesia Izbicensi, uti et pecunia in tabulam collecta. Haec capella ruit omnino prae vetustate et iam corruisset, nisi per victricos Izbicenses fulciretur. Haec sine saepimento, ciborio, baptisterio. Sacrarium habet et unam campanam. Altare etiam unum ligneum, in quo quoties celebratur, toties apparamentis ecclesiae Izbicensis, portatili altari apposito, exornatur. Die S. Marci ab hac capella reditur solenniter ad oppidum cum processione littaniarum. Inter redeundum per boream est signum Crucifixi, olim in pinu, nunc in quercu fixum, ad quod suffragia consueta decantantur.

Dos Ecclesiae. Erectio non est inventa inter monumenta ecclesiastica; de qua cum esset curiosius indagatum, repertum est, quod eam annis superioribus D. Albertus Grochowicki Venator Braestensis et eiusdem ecclesiae parochianus, domi suae habuerit et nobili Stanislao Cziosnowski parochiano Izbicensi ad perlegendum accommodaverit, quam idem D. Cziosnowski eidem non reddidit. Fessus est hoc ipsum D. Grochowicki coram V. Luca Commendario Izbicensi ante annos 4¹⁾. Idem Ven. Lucas attestatus est, eandem erectionem praefatam se apud D. Cziosnowski vidisse, quam D. Cziosnowski ipsi iudicans, quod eam possideret multum gloriabatur. Haec si restitueretur, felicius, ut puto, res ecclesiae Izbicensis caederent, nunc in

¹⁾ Neque parochus, neque victrici sciunt.

cf. infra p. 218

cihawe

Hjacy wictricy

wyjas wictricy kulla
w. marka u nua

Nabocicinski a przy
Pzocy dlece

vado omnia posita. Porro ecclesia haec parochialis habet villam Chotell cum duobus cmetonibus et praedio. Olim 5 fuerunt ¹⁾. Ante triennium praedium hoc protulit solius crescentiae hiemalis cassulas sili-ginis 200 et hordei cassulas 100 ²⁾. At hanc villam cum praedio post decessum V. Joannis Guminski anno Dni 1596 violenter invasit et occupavit generosus Georgius Latalski, oppidi huius haeres seu possessor ³⁾. Prata sunt in eodem fundo Chotell amplissima versus molendinum *Pasieka* dictum, et alibi locorum. Domus praedialis angusta et simplex, septa utcunq; holidia duo habens, (quorum unum noviter exstructum) cum horto et piscina et pascuis. Est iuxta fundum Chotell lacus versus meridiem, idque Dnorum Latalski, Cziosnowski et Grochowicki, de quo lacu in authentico concordiae inter parochianos anno 1551 factae, ita habetur: Ven. vero Dno plebano Petro Wyszczelski, plebano Izbicensi et eius successoribus, ratione villae Chotell ecclesiae Izbicensis, liberum erit illi et eius incolis in lacu praedicto piscari pisces retibus in eius privilegio descriptis, alias więczierzami, wierszami, slempnica y klepy y sziecziami stawnymi, pecora et pecudes adaequare, linum et canapas immergere et omnino utilitatem aquae in lacu habere, sine impedimento haeredum de Komorowo. Haec ibi ⁴⁾.

Habet item portiones agri certas in fundo seu campo Izbicensi; portio agri prima versus Sokołowo sita, longa stadii unius, lata sulcorum fere 50; pratum annexum huic agro profert duos currus faeni. Portio agri secunda in altero campo versus Wolka, inter agros oppidanorum iuxta molendinum ventile, stadii unius, sulcorum 30. Est tertia agri portio in eodem campo, paulo minor, et soli plane sterilis, pulve-

¹⁾ Theras żadnego nie masz; spustoszał; umarł.

²⁾ Y teras syę rodzi.

³⁾ Theras arenduye pan Szałkowski catholicus, 130 fl. arendy.

⁴⁾ Pan Ciosnowski nierad tego widzi.

re multo obsiti ¹⁾; tertium campum Izbicensem nihil habet parochiale. Hi vero agri locantur victrico ecclesiae ²⁾, qui censum solvit annuatim per fl. 2, at iam fl. 4 penes se retinuit. Mandatum eidem per Visitatorem, ut fractas cruces duas argenteas hac pecunia reparandas curet, quod et facturus est. Est item pratum in campo Izbicensi plebanali ultra ventile molendinum, versus rubetum dictum Gałka, proferens currus faeni octo ³⁾, sed a Dno Grabia haerede nuper in Izbica, ab annis decem est vi occupatum: et hactenus per D. Latalski, iniuria possidetur. De hoc prato testimonium tale dederunt, Procop homo senex et Climunt, oppidani et victrici ecclesiae veteres, quod insuper iidem apud plebanum Izbicensem arendare censu pacto consueverant ⁴⁾. Domus plebanalis ultra viam publicam retro ecclesiam, ruinae proxima ⁵⁾ et minus commoda. Ante domum plebanalem est vetus area plebanalis, usque ad montem protensa, in qua ad praesens hortus est et schola. Ex altera regione domus, est hortus paulo amplior, cum piscina et pomerio. Propius templum domus vicarii cum hortulo. E regione templi versus septentrionem est domuncula prolapsa plane, quam nullo iure inhabitat quidam intrusus inquilinus. Est item ex opposito templi domuncula, olim vicarii, a Joanne vicario constructa, cum hortulo, quam ab annis 8 civis quidam Sklarsz dictus, ex donatione Murgrabij inhabitat et suam vocat ⁶⁾.

Decimae eiusdem Ecclesiae haec sunt: Izbica praedium, Skarbanowo, Obalki, Bierzyno, Kuczice, Sezkowo maior, Sezkowo minor, Czieplynie, Choczeszewo,

¹⁾ Dwa korce syę wysieja.

²⁾ 7 włok gruntu daya arendi, na wino tha rolija.

³⁾ Pleban nie wiedzial o thym, pan Cziosnowski będąc dzierzawcą podarl ją, nie wiedzieli o thym starzi ludzie. Teras zwonarz mieska.

⁴⁾ Pomarły cij.

⁵⁾ Tam ruit.

⁶⁾ Teraz tho in usu Ecclesiae.

Grochowiska, Szilazowo, utraque Pezenino, Kozanki, Sokołowo, Chotell, Modzerowo, Długie, praedium Obalkowski. Hae decimae omnes manipulares, ex revisionibus antiquis collectae. Porro omnes istae non solvuntur. Ex Skarbanowo tamen, (quae villa est nobilium) ex agris cmetonum duorum datur manipularis decima vicariis ecclesiae Izbicensis ¹⁾ a Dno Poddembski. idque ex uno tantum campo versus Chotell sito. Nam ex aliis campis deservit decima ad Lubomin. Ex praediis autem nihil penditur ²⁾.

Villae parochiales. Oppidum Izbica, Skarbanowo, Obalki, Bierzyno, Kuczice, Szukowo maior et minor, Czieplynie, Choczeszewo, Grochowiska, Szazowo, Kozanki, Sokołowo, Chotell, Długie, Wolka, Sezmiełnik, Komorowo, Wietrzychowice triplex, Osiecz minor, Siarnowo, Skaszino, Swieszewy, Molendina tria: Pasiecha, Skarbanowski, Sokołowski.

Villae Modzerowo et Stypino ab hac ecclesia per novam erectionem alienatae, et facta nova parochialis in Modzerowo, quae quidem dicitur filia ecclesiae Izbicensis. Unde etiam in erectione nomen capellae obtinuit.

Haereticos habet haec parochia Izbicensis, scilicet: Haeredem oppidi Izbica D. Latalski. Item Zaczwelikowski blasphemum anabaptistam, qui iam et mente et corpore excaecatus ³⁾. Item in oppido Izbica universa domus una est haeretica in suburbio: et altera in circo oppidi vidua quaedam Osziecka ⁴⁾.

Confessos pro paschate asserit Commendarius omnes parochianos. Sed quam licite absolvat tot raptores decimarum, ipse viderit.

Parochus. Tertius annus est, ex quo ecclesia orbata suo paroco ⁵⁾. Collator D. Latalski fundum plebanalem possidet, nec pro iure suo quenquam prae-

¹⁾ Nie nie daja.

²⁾ Teraz tam jeden kmieć tylko, nie bierze nie.

³⁾ Nie ma go tam już.

⁴⁾ Sądek haereticus jeden mieszczanin.

⁵⁾ Andreas Polenicus.

sentat. Cura animarum penes Commendarium V. Lucam a Zichlin, Dioecesis Gnesnensis. Hic ab annis 10 ad hanc ecclesiam residet, Commendarius perpetuus, presbyter modestissimus, integerrimus, diligentissimus ¹⁾. Est alter Vicarius Nicolaus a Niedrzwieck ²⁾, Dioecesis Posnaniensis, ab annis 5 residens, formatas habens. Malae famae hic sacerdos, et plane profanus.

Est Indirector cum cantore, campanatore et scholaribus pueris fere 20, sed parum Commendario morem gerens ³⁾.

Commendarius a Dno haerede Latałski percipit salarii annuatim fl. 12. Item decimam manipularem post agros emetonum duorum in Chotell. Alter Vicarius itidem ab eodem capit fl. 12. Et post agros scultetiales ⁴⁾ in Chotell decimam cum Commendario communem, petita eorundem et accidentia ecclesiae communia. Rectori scholae pendit Dominus fundi annuatim fl. 8, et tertiam partem accidentium, item habet petitam etiam peculiarem. Magister scholae cantori et campanatori de proprio salarium pendit.

Regale in medio chori maioris ⁵⁾ positum, cuius sedes deformat plurimum ecclesiam. Mandatum ut removeatur, et alio loco regale ponatur seu collocetur.

Cultus divinus. Diebus dominicis et festis Matutinae per scholares. Sequitur matura de B. Virgine, summa de tempore. Diebus profestis quotidie lecta (*Missa*). Feria 6 cantata Summa *Humiliavit* seu de Passione Domini ⁶⁾. Vesperae diebus dominicis ac festis maiores canuntur, profestis tantum *Salve Regina* cum collecta et suffragiis ⁷⁾.

Concionantur hi duo Vicarii alternatim. Casus reservati Cathedrae (Wladislaviensi) relinquuntur. De-

¹⁾ Umarl.

²⁾ Andreas a Slesin.

³⁾ Nulli sunt: szkoła pleban spalił.

⁴⁾ Nie dają nic, nie wiedział pleban.

⁵⁾ In choro.

⁶⁾ Lecta, non cantata.

⁷⁾ Totum officium.

cimas se soluturos pollicentur parochiani plebano futuro: et eo nomine absolutionis sacramentalis fiunt participes.

Intra ecclesiam contrahitur Martimonium, praemissis bannis et Communionem sacramentali.

Metriculae scribuntur. Patrini ad baptismum non admittuntur haeretici.

Gregoriana indulgentia negligitur. Mandatum ut publicetur.

Catechismus polonicus singulis diebus dominicis recitatur ¹⁾. Decalogus absoluta concione canitur. Et Bogarodzica post Matutinas singulis dominicis et festis solennioribus. Confitetur suo Commendario Vicarius, Commendarius in Brdowo, interim Wladislaviae ²⁾. Extrema unctio persuadetur populo et confertur per Commendarium infirmis etiam in domibus nobilium. Lustralis aqua semper prae foribus.

Supellex Ecclesiae. Calices numero decem, argentei omnes: quorum duo integraliter deaurati, sed alter horum in fundo imo perfluus, unde nec adhibetur sacris. Reliqui in parte tantum deaurati, uno excepto. Crux argentea cum cruce desuper minore itidem argentea, sed fracta. Crux aerea inaurata, itidem fracta et corrupta omnino. Pacificale tantum unum, crucem argenteam habens exiguam. Monstrantia tota argentea, excedens cubitum unum altitudine, cum deaurato Melchisedech. <Pixis Ven. Sacramenti Eucharistiae orichalcea deaurata, cum scatulis intus ligneis velatis. Chrysmale stanneum. Ampulae duae argenteae. Cassulae numero 13: Cassula adamasku wzorzistego cum cruce ex trina simplici aurea et pertinentiis. Cassula kitayki zlotogoracey duple cum trina itidem simplici aurea circumcirca, et toto apparatu. Cassula axamintu bronatnego wzorzistego cum cruce lata ex serico villosa, aureis filis intexta et figuris, cum pertinentiis. Cassula kamchea rubei co-

¹⁾ Recitabitur.

²⁾ Confitetur asz w Kazimierzu modernus parochus.

loris cum floribus aureis et pertinentiis. Cassula adamasku czerwonego wzorzistego cum cruce auro texta et figura Crucifixi, cum attinentiis ¹⁾. Cassula alba de adamasco cum cruce ampla auro texta et figuris pluribus elegantibus, albam tantum habens. Cassula ex serico duplici trabeata, cerulei et punicei coloris cum cruce itidem lata auro figuris elegantibus texta, cum pertinentiis, absque tamen humerali. Cassula de medio hatlasso, cum cruce itidem lata, auro texta et figuris, cum pertinentiis, absque humerali. Cassula de serico rubeo simplici cum cruce ex trina, auro texta, cum attenentiis, sine humerali. Cassula ex medio hatlasso coloris rubei cum cruce lata figurata aureo filo intexta, cum attinentiis, sine humerali et stola. Cassula ex derdądey maculosa (alias *psra*) cum cruce viridi medii hatlassi et figura Crucifixi cum attinentiis, absque humerali. Cassula adamasku czarnego wzorzistego cum cruce lata serici villosi, filis aureis intexti et figuris, absque pertinentiis, praeter albam. Cassula nigra ex harasso cum cruce auro texta figurata, pro defunctis.

Notandum. Quidam Śmielowita Janek Martinus (minister ad praesens Anabaptisticus). intruserat se in commendam huius ecclesiae, superstite adhuc plebano Gumiński; qui ex albis tribus indusia sibi parari fecit, et humeralia ista auro texta, insignia et preciosa, tum et pecuniam in sacrario depositam, et alia complura, furatus est, ac propterea inde requisitus de amissis, fugit.

Pluviale ex procedela flava cum colari uniformi. Pluviale kamcheum maculosum, alias *psre*. Pluvialia duo pro pueris ministrantibus ex muchaiero viridi, et alia duo ex muchaiero coelestini coloris. Dalmaticae duae sericeae trabeatae, coloris varii. Antependium de adamasco florisato flavi et punicei coloris per columnas. Antependium ex medio raso, seu hatlasso

¹⁾ Na inszy przyrobiono. Nowy ornat złotogłowy biały. Kielichy cieką prócz dwu.

grisei et caerulei coloris. Antependium kamcheum, cuius in medio columna nigra de saja. Antependium filo lineo florisatum instar reticulae per columnas. Antependium ex muchaiero rubri et violacei coloris per columnas. Reliqua sex ex materia viliori, vetustiora et lacerata. Superpellicia maiora 4, et minora pro pueris 4. Pellae numero 22. Mantilia 16. Mantilia pro ceroferariis 4. Mantilia telae tenuioris 5. Tobalaea 1, serico rubeo in marginibus acu picta pro ambona. Strophiola altarium, alias *szerzinki* 7, quarum prima filo sericeo et aureo acu picta cum nomine *Jesus*; secunda telae subtilioris serico rubeo acu picta, cum nomine *Jesus*; tertia itidem ex tela serico vario acu picta; quarta etiam similis; reliquae simplices. Tapheta pro ornanda Monstrantia. Corporalia 6. Pallae 5. Velum calicis serici rubei, duo alia simplicia, et nullius momenti. Velum quadragesimale purpureum vetustius, et multis iam partibus lacerum. Candelabra duo cuprea, et duo stannea. Vexilla 6. Ampulae stanneae 4, sordidae. Lagena stannea pro vino. Thurribulum orichalceum Caldaria tria. Tapes 1¹⁾. Tres portiones panni pro gradibus altaris²⁾. Ferrum pro pinsendis hostiis. In campanili campanae tres; signans una; manuales cum tintinnabulis 4. Serae pensiles 9. Scrinia tria in sacrario ferro munita et clausa fortiter; et quartum simplex sera pensili clausum. Sunt praeterea scrinia magna quatuor in sacrario, per Dnum Grabia, olim haeredem in Izbica, deposita, et ut apparet, intus evacuata, quae revera multum loci occupant. Pelvis item et patinae ex arilla factae complures curiales, in eodem sacrario depositae videntur, etiam minus consentiente Commendario. Tectorium pannosum pro feretro³⁾.

Bibliotheca. Missale Romanum unum, et Gnesnense unum, lacerata intus, Canone tamen integro pergamineo. Agenda nova provincialis; alia vetus la-

1) Duae: czerwone y czarne.

2) Koberce zginął.

3) Xiąg 20 sztuk; nie spisał ich.

cerata Gnesnensis. Graduale pergamineum in folio grandi, foliorum 163, ex quo tamen praeterea 16 folia excisa furtim. Antiphonarius et Psalterium itidem pergaminea, mutilata principio et fine. Bibliorum sacrorum exemplaria duo, maius et minus. Sermonum Lyrae volumina 5. Hortulus Reginae seu Mephreth. Liber Guilelmi divinorum officiorum. Duo libri Thesauri de tempore et de Sanctis. Lombardica, et Missale itinerarium, tituli *Vade mecum*: at hi duo libri non inventi, sub Dno Gumiński deperditi. Sermones hyemales de tempore, absque titulo. Passiones quatuor notatae, typis impressae. Breviarium impressum Wladislaviense, et aliud manuscriptum. Lombardica, de qua supra, cum quodam libro scripto contra haereticos, in Zichlino inveniuntur, quos ambo pater Gumiński plebanus inibi reliquerat.

co la post?

Haec omnia revisa per Visitatorem Ven. Matthiam Dąmbrowski Archidiaconum Crusviciensem, et reperta.

Sunt praeterea alii libri in sacrario repositi, quos fur et latro ille Smielovitannus, ex Izbica fugiens, penes Vicarium Laurentium de Bałkow reliquerat, quorum regestrum mihi Visitatori, per victricos et Commendarium est oblatum, cum hac inscriptione et tenore sequentium:

Librorum inscriptio a Dno Laurentio de Bałkow acceptorum in ecclesiam, post discessum Martini Smielovitani.

Inprimis, tomus sextus D. Hieronymi. Opera D. Ambrosii. Regula S. Benedicti. Epistolae D. Hieronymi. Liber manuscriptus contra haereticos. Liber Pomerii Sermonum quadragesimalium. Liber tituli Anti-Luterus. Repertorium. Annotationes secundum Joannem. Opera Hieronymi Episcopi. Sermones Pomerii de B. Virgine. Regula Fratrum Franciscanorum. Postilla polonica Wuieci maior, partis utriusque. Titi Livii Patavini Historiarum libri IV. Tractatus parvus philosophiae naturalis. Dialectica Joannis Cesarii. Dialectica Cornelii Valerii. Hactenus ex regestris.

Revisione autem horum librorum facta per Visitatorem, perplures libri non sunt reperi, utpote: Lombardica. Liber manuscriptus contra haereticos et Missale itinerarium: quos plebanus Gumiński ad Zichlin detulit, teste Luca Commendario. Item, Titi Livii libros IV, Albertus Doykrowka, notarius oppidi Izbicensis et idem aedituus, ex consensu plebani acceperat, tanquam minus ecclesiae utiles, ad dividendum. Hic bonus vir postmodum quanti et cui voluit vendidit: nec pecuniam ad aerarium ecclesiae reposuit, asserens, nullius valoris illos libros fuisse. Vocandus ad iudicium. Item, Repertorium, testatur Vicarius, in ecclesia Zichlinensi etiam se hunc librum vidisse. Item, Annotationes secundum Joannem, Regula Fratrum Franciscanorum, Dialectica Cesarii et Cornelii: de his nemini constat, per quos vel quando sunt furto ablati. Certe de Commendario praesenti, et victricis praesentibus nulla subest sinistra suspicio.

Victrici. Tres oppidani possessionati, iurati. Claves ecclesiae et sacrorum penes Commendarium, aerarii vero et suppellectilis argenteae et cassularum et mapparum et aliorum ornamentorum congeries, penes victricos, qui ex usu omnia et singula pro tempore sacerdotibus subministrant. Victricorum nomina, Klimunt, Małek, Gregorius Mazurek et Świętek, oppidani Izbicensis. Gazophilacii et tabulae pecunia per eodem recipitur et reconditur. Expensas faciunt pro vino, cera, thure, reparatione fenestrarum, tecti, et aliis omnibus ecclesiae usibus necessariis. Calculum ab annis duobus non praestitum, fecerunt in manibus Visitatoris et quietati per eundem. In paratis habent marcas tres ¹⁾. Praemortuus olim plebanus Gumiński, 18 fl. acceperat ex aerario in eum usum, ut agrum Hospitali emeret, iuxta condictum cum Dno Grabia factum, quos quidem prius irretitos, post rursus a Dno Grabia eliberatos, penes se plebanus detinuit: et sic intestatus, summa hac ecclesiae non restituta,

¹⁾ Nihil, bo buduże w poliu dawni kościołek.

vita excessit ¹⁾. Sunt quaedam debita in regestris inventa, quae an sint hactenus ecclesiae persoluta, nescitur. Iniunctum victricis, ut super eo inquirent diligenter.

Fraternitates. Sunt fraternitates aliquot, bene ordinatae, ceroferaria habentes, Missas et Vigilias pro defunctis fieri procurantes, scilicet: pauperum, sartorum, sutorum, figulorum, pellionum, fabrorum ferratorum. Contribuunt singulae quotam certam sacerdotibus et scholae. *Feretra* etiam sua habent cum tectoriis ²⁾. Library

Hospitale Izbicense. Hospitale hoc duas domus habet contiguas, ex opposito templi, ultra viam publicam ³⁾. Alteram antiquam pro pecoribus et pecunibus, alteram recens per D. Jaranowski exaedificatam, quam pauperes numero 11 inhabitant: mares 5, reliquae vetulae. Commune habent hypocaustum, cubacula tria, et quartum penu ⁴⁾. Curatores hospitalis Gregorius Mazurek ⁵⁾ civis Izbicensis et Ven. Pater Commendarius ⁶⁾. Superintendens ipse Dnus Albertus Jaranowski. Habet hoc hospitale hortos duos, quorum alter hospitali adiacet proximus, oleribus consistus; alter remotior, inter hortum Sęudek ex una et hortum advocati Mathiae Bednasz ex altera, partibus, stadiorum duorum, sulcorum novem. Hic hortus sili-gine vel hordeo conseminatur, quin et pars oleribus, utpote caulibus, pastinaca etc. Habet etiam pratum ex donatione D. Kretkowski in campo Izbicensi, non procul a molendino ventili, versus Gałka, penes agrum plebanalem, quo et utuntur. Currus faeni tres. Iuvantur eleemosinis bonorum. Et pixidem quidem habent cum tintinnabulo. At cum cophino non obambulant, eo quod spe cassa saepius redeunt. Eleemosinas

¹⁾ Wrocieły syę te pieniądze.

²⁾ Złoty dają jalmuzni.

³⁾ Dom jeden spitalni pleban przedal za 3 kopi żyta.

⁴⁾ Rozebrały jeden domek

⁵⁾ Albertus Goly proconsul.

⁶⁾ Pleban y witrykusze.

nullas habent stapas, praeter has quas Rmus in Christo Pater feliciter modernus, quotannis ipsis porrigere consuevit, utpote pernam l lardi, modium l pultis hordeacei, coretum l pisae, tunnam l cerevisiae, partem quartam carnis bovinae, pro coreto tritici gr. 18, pro caule gr. 22, pro oleo gr. 16; hoc anno praesenti ex Lubotin, iuxta mandatum Rmi nihil collatum. Hanc liberalitatem Rmi Dni imitatus Dnus Cziosnowski, coretos 10 frumenti diversi generis et cassulam siliginis et cassulam hordei annuatim conferre solet eidem hospitali ¹⁾. Penu habent unum, in quo et eleemosinas deponunt. Communem habent mensam, hoc et singulis diebus prandium. Dispensatorem et divisorem unum habent vetulum, a Curatoribus assignatum. Fercula 2 pro prandio. Tres vaccas habent et porcellos duos ²⁾. Par boum et currum, quibus comportantur ligna, faenum, stramen etc. Leges habent a Rmo Dno feliciter moderno praescriptas, quas et sequuntur, intendente Dno Commendario. Confitentur, communicant, litanias praeunte D. Commendario, maxime feriis sextis, recitant ³⁾.

Orle.

Villa Rmi Dni Episcopi Cuiaviensis. Ecclesia tituli S. Dorotheae. Ecclesia parochialis lignea, humilis et pauper. Cuius etiam parietes ad lapsum inclinant. Campanile novum per Dnum Galieki templo annexum, sed nondum asseribus a latere compactum Coemiterium circumseptum. Ossorium tectum, pavementum arenosum. Nullae litterae indulgentiarum ac erectionis. Anniversarius consecrationis prima Dominica post Visitationis B. M. V., quo tempore plurimi mortales ob indulgentias lucrandas, sub titulo S. Do-

¹⁾ Y theras daye.

²⁾ Tres, y yalowice dwie y parę wołów.

³⁾ Nie mawiają Litanii.

rotheae, ecclesiae huius patronae, etiam ex alienis parochiis confluunt. Altaria 2, utrumque habet portatile integrum; tertium in ciborio. Ciborium et baptisterium bene tenentur ¹⁾. Chrisma mutuatum ex Cholino. Clausura omnium debita.

Dos Ecclesiae. Mansi agri duo in omnibus tribus campis cum pratis annexis, quos annuatim locat plebanus, uti steriles, grossis tantum 40, interdum vacant, uti contempti ac deserti ²⁾. Silva plebanalis nulla est, incisio tamen arborum utensilium libera fuit estque parocho. Sagenales tracturae duae, referuntur olim parochi fuisse propriae, quarum modernus plebanus non est in usu. Item habet hortum amplum cum holodio; quem ipsemet parochus siligine conserit. Eodem loci fuit olim domus plebanalis, cuius adhuc area conspicitur deserta. Ex opposito templi pars fundi plebanalis, quae extenditur incipiens a via publica usque ad ripas lacus, in quo hortus est plebanalis et schola et domus moderni parochi, olim pro vicario constructa.

Decimae. Decima ex agris colonorum in Orle manipularis. Coloni duntaxat 3 et scultetus quartus. Olim fuerunt coloni 18. Agri deserti partim pro praedio conversi, metis adhuc antiquis manentibus integris, (quae *miedze* vocantur), partim colonis vicinarum villarum locantur. De colonis Orle conquestus est parochus: iniquissime sibi, imo pro ipsorum libito, extradi decimam manipularem, quippe maiori parte frugum iam in horreum convecta, tandem ex reliquo tribuunt plebano quantum volunt ³⁾. Est item praedium dictum Wolka, ex quo decima plebano. Porro Dnus arendarius seu Capitaneus ex praedio Orle et fundo deserto Wolka, annuatim ratione decimae pendit ple-

¹⁾ Chowal in ciborio olea. Commendarius Andreas a Tuliszków.

²⁾ Grzywęc arendy dano z włóki jednej.

³⁾ Miał żyta dziesięciny z Orla kop 10 i jednego już kmiecia niema w Orlu.

bano quotannis flor. 10 ¹⁾. Decimae Galice Maior et Minor manipulares post agros cmetonum et praediales, ratione quarum D. Galicki flor. tantum 4 parochi solvit ²⁾. Tabernator ibidem decimam debet, at nihil pendit. Decima Bydz manipularis, pro qua nihil datur. Dnus Modliszewski tertius villae haeres ³⁾. Decimae villarum Kamieniec, Potulowo Maior et Minor et decima Ilowo manipulares, quae nec extraduntur, nec solvuntur. Ex molendino Łysek gr. 12 solvuntur. Sane vix tenuiorem parochum in hac parochia reperire licet, qui plerumque potissime eleemosinis vicinarum villarum se et servitores suos ac ministros ecclesiae se sustentat.

Parochus: Parochus Orlensis Vlis Bartholomaeus, grandaevus aetate ac facie pater, et probatis, ut videtur, moribus. In muniis ecclesiae ac officiis divinis exequendis impiger. Magistrum scholae habet cum cantore, cui solvit annuatim salarii flor. 2 et cantori marcam 1. Bis terve in septimana celebrat. Metriculas conscribit. Breviarium Romanum et Rubricellam habet. Horas recitat; in aliis providus.

Supellex Ecclesiae. Calix unus argenteus in cuppa tantum deauratus, cum patena Alter stanneus. Pacificale argenteum rotundum et Reliquiarium S. Dorotheae patronae, in altari repositum. Monstrancia cuprea. Chrismale stanneum. Pixis Ven. Sacramenti stannea. Thurribulum ferreum Ampulae 2. Ferramenta pro pinsendis hostiis. Caldaria 2. Campanae in campanili duae, signans 1, campanulae manuales 3, tintinnabulum 1. Cassula flava ex procedella, cum suis apparamentis. Cassula alba ex medio hatlasso cum cruce lata auro texta et pertinentiis. Cassula alba antiquior. Cassula rubeo de muchaiero, cum attinentiis. Cassula nigra ex grubrino, cum attinentiis. Cassula maculosa, nullius usus. Cassula rubea cum cruce

¹⁾ Nihil.

²⁾ Dano 5 flor.

³⁾ Dano 5 flor.

nigri veluti. Cappa solemnior ex adamasco undulato. Cappa nigra ex muchaiero. Antependia 2. Superpellicia 2. Pellae 8. Linteamen 1. Mantilia 6. Szerzynki 3, quarum una filo sericeo rubeo picta. Velum unum pro calice serici rubei simplicis. Rąbkow 8; candelabra 2 stannea. Coperta pro palpito. Velum quadragesimale lineum simplex. Corporalia 4. Pallae totidem. Vexilla 4. Seracula pensilia 2. Scrinium in sacrario ferro munitum, at sera corrupta. Missale Cracoviense in folio. Agenda Posnaniensis. Graduale et Antiphonarium, lacera. Psalterium non est, ex Breviario canuntur psalmi. Biblia sacra latina in folio. Homiliae Clichoffei, Apparatus latinae locutionis. Legenda SS. et Breviarium vetus.

Victrici. Victricus tantum unus ex Bycz, qui collectam omnem tradit parochi. Parochus vero ceram, thus, vinum inde providet, ecclesiam reparat et ea quae necessitas exigit. Fraternitas olim fuit et pendebant singuli parochiani in 4 temporibus anni 4 solidos. Parochus autem erat obligatus hoc nomine ad Vigilias cum Missa pro defunctis, Porro haec omnia silent, obsoleta et penitus sepulta.

Villae parochiales: Orle, Galice Małe, Galice Wielkie et Bydz.

Mąkoszyno.

Villa nobilium. Ecclesia tituli S. Jacobi et S. Catherinae. Concollatores eiusdem villae nobiles ¹⁾. Nulla monumenta foundationis vel indulgentiarum. Templum ligneum instar speluncae, in quo cuncta indispota et sordibus et pedore obsita. Rimis templum undique abundat, nec est qui manum admoveat operi. Coemiterium disiectum, uti et templi vestibulum. Ossorium novum. Altaria duo lignea, cum portatilibus integris. Ciborium et baptisterium non neglectum.

¹⁾ Pan starosta przedecki ma też podawania prawo; i powinien dziesięćinę, a nie daje.

Baptisterium tamen absque clausura ¹⁾. Pavimentum informe, sordidum.

Parochus. Praedium plebanale (certis graniciebus et terminis difinitum et circumseptum, trium camporum. Ibidem rubeta excisa, pro pascuis conversa. Hortus plebanalis pinguis soli. Parochus non est ad ecclesiam, nec post decessum Ven. olim Dąmbrowski, ultimi plebani, ab annis ferme 6, est quisquam praesentatus. Cura tamen animarum vicario Joanni a Dąmbrowice, actu presbytero, officiose est concredita ²⁾. De praedii possessione lis et contentio inter concollatores. Ad praesens D. Petrus Małowski hoc praedium excolit ³⁾ et tertiam partem crescentiae loco stipendii Commendario confert: qui et plebani nomen ac titulum retinet, filium hic habet, quem in spem huius plebanatus in scholis educat. Est ludimagister ad ecclesiam cum cantore, cui Commendarius ex sua sorte pendit marcas 2 annuatim ⁴⁾.

Decimae. Decimae huc pertinent villarum Małkoszyn, Sierakowy, Mchowo, Mchowo, Janowice, Morzyce, Kruszynko, Czolpinko, quae prorsus nemini dantur. Domus parochialis, cum stabulo, caulis, holidio, saepibus plane ruunt, imo iam corruerunt ⁵⁾. Commendarium ebrium reperit Visitor, in quo et coargutus. Casu id sibi accidisse asseruit ⁶⁾.

Supellex Ecclesiae. Calix argenteus cum patena, alter stanneus. Monstrancia ex orichalco. Crux argentea absque sede instar pacificalis ⁷⁾. Cassulae 7, cum suis pertinentiis ⁸⁾. Antependia 4. Pluviale unum crocei coloris et duo minora pro ministrantibus. Pel-

¹⁾ Novum, sed inepte factum, ita ut non possit claudi serrae, jako wieko.

²⁾ Domus plebanalis corrui.

³⁾ Umarl, a teraz tin folwark leży pusto od 11 lat.

⁴⁾ Kazalnica nowa.

⁵⁾ Z Krusinka et Czolpinka circiter 16 grzywien.

⁶⁾ Excisio arborum pro usu plebani ubique libera.

⁷⁾ Cum ligno s. Crucis.

⁸⁾ Lacerata omnia, praeter uno biały chatlasowy i drugi czerwonony adamaszkowy.

lae 14, mantilia 20, superpellicia 3 et minora pro pueris duo. Rąbkow 7, szerzynki 3, quarum duae filo sericeo et aureo depictae. Corporalia 3. Vela 2. Coperta pro feretro una nigra. Vexilla 7, ceroferaria 6, caldaria 2, campanae 2, signans 1, manuales 6. ¹⁾ Laguna pro vino ferrea. Scrinia 2 in sacrario; serae 3. Missale Gnesnense 1. Agendae 2, provincialis nova et altera Wladislaviensis. Est Graduale et Antiphonarius. Loco Psalterii Breviarium. Inventarius horum omnium per D. Petrum Mąkowski et Commendarium factus, qui et in sacrario asservatur. Victricus tantum unus, subditus D. Mąkowski ²⁾.

Villae parochiales. Mąkoszyno, Sierakowo, Mchowo, Mchowko, Janowice, Morzyce; omnes nobilium omnesque, ut dictum est, decimas non solvunt.

Sadlno.

Villa nobilium. Ecclesia parochialis ³⁾ S. Nicolai et Visitationis B. M. V. Concollatores villae haeredes. Litterae indulgentiarum per D. Zięmiecki col-latorem hoc anno praesenti pro confirmatione sunt Romam missae. Templi chorus minor ex latere cocto, chorus maior ligneus, cuius parietes pro antiquitate ad ima labuntur. Chorus item uterque tegula latericia contectus ⁴⁾. Pavimentum templi arenosum, incongruum; tum vero maxime stercoribus columbarum, una cum altaribus, turpissime foedatum, tabulato desuper corrupto. Dictum parochianis illud: *Domine dilexi decorem Domus tuae.* Altaria 3, quorum duo murata cum portatilibus integris ⁵⁾. Ciborium et bap-

¹⁾ 3 lokcie kitajki żółty do monstrancyi.

²⁾ Krzeielnicę nową i baptisterium sprawiła pani Maciejowa Makowska, i tho ciborium. Praeter Missale Romanum est Graduale mancum pergaminum; multi libri. Smintarz zły.

³⁾ Omnium Sanctorum et.

⁴⁾ Ciesle y zakrystią naprawiają.

⁵⁾ Vide in charta fracta et combusta.

Hortus

sterium non adeo munde curatur. Baptisterium absque clausura. Chrisma ex Radzieiow. Coemiterium disiectum. Ossorium collapsum. Clausura templi debilior ¹⁾.

Dos Ecclesiae: Pro dote laneos duos agri glebae fertilioris in omnibus tribus campis cum additamentis, singuli sulcorum 12. Pratum ex opposito eorundem agrorum, cum rubetis pineis ²⁾. Est altare minus ad dexteram intrando ecclesiam, peculiarem literis foundationem, scilicet hortum e regione ecclesiae situm versus septentrionem, stadii unius, sulcorum 18, per Dominum Jacobum Tarnowski haeredem olim in Zakrzewko, pro altari praedicto donatum ³⁾. Est et area quaedam ex altera templi regione versus meridiem, ab eodem ⁴⁾ pro eodem altari legata, quae modo deserta manet, uti et hortus. Procedendo versus orientem, retro templum est area parochi propria, in qua olim domus plebanalis et vicarii et schola cum hortis adiacentibus, locatae fuerunt. Extenditur autem haec area, incipiendo a domo emetonali, sortis dictae Jaronska, in qua olim emeto Jurek residebat, et producitur ambiendo ecclesiam usque ad villam, quae tendit ex villa Sadlno ad Ziemięczyno, longa stadium 1. Item plebanus habet liberam lignationem in silvis villam circumiacentibus, maxime pro usu proprio et ecclesiae ⁵⁾.

Decimae ex villis infrascriptis. Decima Sadlno post araturas tam emetonales quam praediales, spec-

¹⁾ Przybelo para tuwalni z czerwonym szcicim y antependium chamchowe y alba y dwa humerali, 2 bursi, welum 2. portatili 2 dobre.

²⁾ Videnda concordia inter plebanum Salnensem et Jacobum Tarnowski haeredem in Salno apud Rudum Dnum Suffraganeum.

³⁾ Sulcorum plus minus 100. Est in usu; post emetoues Parochus habuit plus minus 8 casulas manipulares, post praedia non item.

⁴⁾ Dnus Stanislaus Ruskowski dixit, pertinere ad plebanatum.

⁵⁾ Est in usu.

tat ad parochum Sadlnensem. Exceptis iuxta privilegium duobus laneis scultetialibus, idque ex campo uno versus Ruskowo sito, ex quibus decima ecclesiam Broniszewiensem concernit, manipularis, valoris 14 marcarum, ut regestra antiqua ab annis 80 scripta et a Visitatore revisa, testantur. Decima Chlebowo, non solvitur ¹⁾. Decima Kriskowice post araturas emetorum manipularis, quae his annis proxime praeteritis extradita est per D. Felicianum Tomisławski parochum Sadlnensi Andreae Janowski, et anno superiore 1598 extradita est ab eodem absente plebano pro usibus ecclesiae necessariis ²⁾. Ex praediis nihil datur. Decima Boguszyce, regia villa, tenutae Dni Stadnicki, advocatiam Radzieiowiensem spectans, manipularis, quae non extraditur, nec solvitur. Decima Wierzbinko Capituli Wladislaviensis manipularis, non penditur ³⁾. Decima Tomisławice non solvitur, valet 21 marcas, uti regestra visa edocent. Decima Janowice ⁴⁾, decima Witkowice, non solvuntur ⁵⁾. Decimae Witkowki et Sosnowice, haereditates desertae, pro praedio ad villam Tomisławice conversae, non solvuntur. Decima Galczyce, alternata cum Orle, non solvitur. Decimae Słomkowo ⁶⁾, Ziemieczyno ⁷⁾. Swiniogacz et Zakrzewko, non solvuntur. Decimae ex molendinis quinque: Lysek, Dziadoch, Pogorzały, Swiniogacki, Kozubek, non solvuntur. Omnes molitores ratione decimae pendere tenentur per cor. 2 farinae mensurae cuiaviensis, excepto Kozubek, qui unum tantum coretum dabat, uti regestra edocent antiqua ⁸⁾.

¹⁾ Dantur plus minus 4 cassulae.

²⁾ 12 flor. daje Joannes Bonicki.

³⁾ Nota bene: proponendum Capitulo.

⁴⁾ Ex compositione kopa żyta.

⁵⁾ Ex compositione flor. aureum.

⁶⁾ Ex compositione flor. aureum.

⁷⁾ Ex compositione 4 marcas pendunt.

⁸⁾ Semel in septimana requiem jako i Rogalińskiego Anniversarium habetur D. Canonici Cracov. Alberti Ziemecki 300 fl. census 15 pro festo S. Martini accipitur a Dno Andrea Ziemecki, inscriptus in summa pecuniaria; inscriptio Radzieiowiae a 7 annis. Semel in septimana requiem jako i Rogalińskiego.

Villae parochiales. Sadlno, Chlebowo, Ziemięczy-
no, Swiniogacz, Wierzbinko, Boguszyce, Kryszkowice,
Tomisławice, Galczyce, Janowice, Sosnowice, Witkow-
ki, Witkowice, Słomkowo, Zakrzewo, Święte et mol-
lendina 5, uti supra.

Parochus. Parochus Andreas Janowski, praesen-
tatus et a Rmo Dno Episcopo feliciter moderno anno
Dni 1591 investitus, ex eadem ecclesia temere pro-
fugus, eam mala conscientia deseruit, et Osieczynen-
sem parochiam absque commenda arripuit, ibidemque
impuram et dissolutam sacerdoteque indignam agens
vitam, praesidio nixus haeredum, semper armatus et
cautus incedit. De eius moribus, titulo Osieczyny vide.

Ad praesens regit ecclesiam Ven. Simon a
Krabsko, Dioecesis Posnaniensis, actu presbyter, uti
litterae formatae docent. Diligentiae, modestiae ac
sobrietatis laudem commendationemque parochianorum
retulit. Commendam idem habet ab Officio Consistorii
Wladislaviensis. Non indoctus. Rector scholae ad ec-
clesiam solus, absque cantore et scholaribus, negligens.
Absente plebano agri plebanales per concollatores con-
crediti sunt ad usufruendum Dno Rogaliński, itidem col-
latori. Et his quidem annis superioribus tertium mani-
pulum omnis crescentiae dabat hic Commendario. Anno
vero praesenti marcas 12, iuxta taxam tertiae partis
proventuum, aerario ecclesiastico concessit. Ex aerario
autem ecclesiastico dantur Commendario a Duis col-
latoribus eiusdem ecclesiae curatoribus, annuatim vice
stipendii flor. 30, et ludimagistro marcae quatuor. ¹⁾

Cultus divinus. Ad cultum divinum rite exequen-
dum Missale Gnesnense in folio. Agenda vetus et alte-
ra manuscripta. Iniunctum Dnis collatoribus ut Agendam
emant, quod et sunt polliciti. Graduale imperfectum.
Antiphonarium lacerum et violatum. Psalterii particula.
Matutinum negligitur, ob defectum Antiphonarii et
Psalterii. Sacrum canitur diebus dominicis et festis,
item feria 3 de S. Anna, feria 6 *Humiliavit*, Sabbato de

¹⁾ Pani Jędrzejowa Ruszkowska obiecała 50 flor. chora
bardzo.

B. M. V. Decalogus et Bogarodzica non canuntur. Monitus Commendarius. Metriculae scribuntur. Bannae praemittuntur. Matrimonia conferuntur non praemissis confessionibus. Confiteri solet hic Commendarius in Sapolino, aliena Dioecesi, et Sapolinenses eidem. Coargutus hoc nomine Commendarius et absolutionem non valere quicquam, edoctus. Non solventes decimas in foro conscientiae absolvit, partem ab eis pro ecclesia extorquendo. Vestem talarem non habet Commendarius, furto sibi fuisse ablatam asseruit. Haeretici 2 in parochia: Joannes Ziemięcki et Joannes Słomkowski 1).

additum iam nullo modo
in memoria reperendi.

Victrici. Aeditui seu curatores ecclesiae praefatae, primus Dnus Stanislaus Ruszkowski, olim Dni Ambrosii Ruszkowski filius et haeres 2); secundus D. Albertus Rogaliński, ratione sortis Valentini Ziemięcki; tertius Albertus Ziemięcki, ratione sortis Troiani Sadliński; quartus Andreas Sadliński 3). Habent hi duos colonos substitutos, quorum superintendens Dnus Stanislaus Ruszkowski et primarius idem curator ecclesiae. Hi pecuniam colligunt eleemosinariam, et rationes conscribunt, et eandem in aerarium ecclesiasticum reponunt, notante omnia et singula Dno Ruszkowski. Vir hic catholicissimus et ecclesiae amatissimus, Rmo Dno Episcopo feliciter moderno addictissimus. Pecuniam iidem Domini curatores, ex decimis et agris plebanalibus collectam, asservant ac pro usibus ecclesiae necessariis ac ecclesiae ministris fideliter exponunt 4): ad praesens nihilominus in thesauro habent depositos flor. 93 et gr. 15, praeterea substituti victrici habent flor. 5 pro usu ecclesiae expendendos. Fraternitas extincta. Exstant adhuc cerofera, quibus cerei per victricos affiguntur.

Supellex Ecclesiae. Cruces argenteae 2, quarum

1) Filius cum patrē Joannes, ambo Ziemięcki.

2) Requiescat in sancta pace.

3) Jacobus Ziemięcki.

4) Nota. 30 flor. mutuo dati Dnae Golicka, qui ante accepti erant a Dno Ruszkowski.

una inaurata ¹⁾. Item calices 4 argentei, quorum 1 integraliter inauratus cum patena, quem Dnus Adam Tomislawski hoc anno praesenti flor. 50 pro hac ecclesia comparavit: nondum consecratus. Item monstrancia argentea cum basi aeréa inaurata ²⁾, quam V. Troianus Sadlinski, plebanus olim Sadlnensis et Lubinensis, ecclesiae huic, Gnesnae moriens, testamentaliter legavit, una cum calice et cassula alba ex adamasco. Item ornat axamintny dziki. Drugi axamintny vetustior. Ornat solenny adamaszkowy cegiełkowany nowy, cum attinentiis. Ornat czarny axamentny, cum attinentiis. Ornat biały kitajkowy, cum attinentiis. Ornat adamaszkowy wiotchy. Ornat kamchowy. Ornat czarny szajowy. Pluviale kamcheum ³⁾. Item, albae 5, stolae 7. Superpellicia 2, et minora alia 2 ⁴⁾. Antependium solenne czerwone kitaiczane ⁵⁾. Antependium atlasowe wiotche. Antependium tertium et quartum kamcheum. Pellae 16; mantilia 7. Mappa una, z bretami circumcirca. Tuwalnie 2, z bretami et minor pro ambona ⁶⁾. Szerzynka picta vario serico. Szerzynka białym szyciem wielka. Szerzynka czerwonym jedwabiem w igzi. Szerzynka mała lineo filo picta; ultima in ciborio. Rąbków 6; corporalia 2. Velum pro calice ex serico simplici albo. Velum rubeum et nigrum simplicis serici. Ręcznikow od kiereów 5, sextus in cereo paschali. Albae duae novae ⁷⁾. Tapheta 1. Campanae in campanili 3 et signans 1, campanulae 2. Ampulae

Szerzynki

¹⁾ Totaliter fractae in collectione strenae.

²⁾ Na jedni stronie róża oblamani.

³⁾ Drugie muchalierowe stare, żółte.

⁴⁾ Nowy ornat czerwony teletowy, cum attinentiis dubito de benedictione illius, ornat drugi biały adamaszkowy złotem flozyczny, cum attinentiis, 3 zielony kamchowy cum attinentiis, dubito autem de benedictione.

⁵⁾ Niemasz.

⁶⁾ Graduale, Antiphonarium, Psalterium, Missale Romanum, nova sunt, bona, in folio i Agenda Povodovii niezła. Szerzynek bardzo cudnych ze złotem 6, a sztych jedwabiem 6, z prostem szyciem białem.

⁷⁾ Dwa kobierce szlachta zdarli.

2 stanneae. Thurribulum 1 cupreum. Monstrancia cuprea. Caldaria 2. Lagena pro vino. Ferramentum pro oblatiis. Candelabra cuprea 6. Chrismale cupreum. Patula stannea pro sale. Vexilla maiora 4 et minora 2. Tuwalnia pro magno altari, w koło brety, item druga z bretami, nowe; na puklach błękitne płótno. Pannus niger pro gradibus altaris maioris. Item alius pannus niger, quo chorus integer adornatur, legatus ecclesiae post obitum Dni Tomisławski. Bursa cum tintinnabulo pro Sacramento Venerabili. Ceroferaria 4. Velum quadragesimale nigrum.

licencja drukarska

Broniszewo.

Haereditas deserta generosi Dni Sokołowski Jaroslai de Warzymowo ¹⁾, in qua ecclesia parochialis tituli S. Thomae Apostoli, antiquitus fundata. Jurispatronatus D. Sokołowski. Festum Dedicationis Dominica prima post Michaëlis. Templum ligneum tegulis ligneis tectum et cocto latere apprime stratum, sine laqueari tamen superiore, unde a columbis et noctuis foedatur. Altaria tria, quorum unum absque imaginibus ²⁾. Portatilia duo: alterum in maiori altari, alterum in Ciborio. Ciborii statua indecens et inornata et plane deformis. Intus Ven. Sacramentum in scatula et vasculis ligneis asservatur; sacculi quorum mundi. Baptisterii aqua munda, at sine clausura. Templum similiter et zachristia seris pensilibus non clauduntur ³⁾, nec periculo obviam itur in illa solitudine. Coemiterium septum. Campanile et ossorium integra. Aedificia nulla sunt circa ecclesiam, praeter domum vicarii et scholam, quibus adiacet agellus modicus sta-

¹⁾ Arendarius Albertus Waśowski. Julius Commendarius. Mnich Jan, sine commenda, z Radzieiowa.

²⁾ Ołtarz wielgi ryty, drugi zły; a w trzecim nie masz tablicy.

³⁾ Zamykają teraz zamkami.

diorum duorum, arenosus et pratium. Hortus nullus est, nec aliqua sepimenta.

Proventus Ecclesiae. Dos eius agri duo iugera in rubetis alias między chrosty; et prata tam late patientia, uti et ipsimet agri penes lacum Goplo. Item in Raczieczino habet certos agros, cum pratis adiacentibus, quae ex antiquo vocantur: xięże pole y xięże łąki, quae quidem prata satis late fuseque protenduntur circa fines Sadlnenses.

Villae Parochiales. Oppidulum Noc, Raczieczino, Przywos, Nowawies, villae Dni Jaroslai Sokołowski, Ruskowo maior et minor. Item molendina 3, quae per coretum unum farinae pendunt annuatim parochi.

Parochus et Decimae. Haec ecclesia destituta legitimo pastore et parochi. Porro Dnus Jaroslaus Sokołowski haeres in Warzymowo, cupiens consulere rationibus plebani Wawrzymowiensis, hanc ecclesiam Broniszeviensem, cum omnibus fundis, pratis, decimis, attribuit suo parochi Warzimowiensi Stanislae Ligetek a Kleczew, qui exinde et plebani Broniszeviensis sibi titulum vendicat, et omnibus bonis ac redditibus ad ecclesiam Broniszeviensem pertinentibus, usufruitur. Nimirum in oppido Notesz manipulare percipit decimam: similiter in Nowawies et Raczieczino. Ex oppido Notesz hoc anno percipit siliginis cassulas 31, praeter fruges alterius et omnis grani. Item ex Raczieczino post agros colonorum septem cassulas siliginis, exceptis reliquis. Ex praediis duobus nihil datur per quosdam nobiles. Item decimam Nowawies manipulare collectam vendidit famulo Dni Sokołowski anno praesenti flor. 17. Ex reliquis fere omnibus emolumenta haec et illa percipit. Et a molitoribus per unum coretum farinae, mensurae cuiaviensis. Pratum ad ecclesiam situm vendidit marca 1. Huc pertinet decima Ruskowo Wielkie. Item decima ex quibusdam agris scultetialibus villae Sadlno; qui cunei seu kliny vocantur. Item decima villae Przywos et decima Ruskowo małe. Item in Raczieczino decima sortis Dni Polanowski et sortis Dni Nicodemi Broniewski, dicta Jurkowska, quae non extraduntur nec solvuntur,

Polanowski

Hic idem parochus fictus ecclesiam hanc negligit et a festo SS. Petri et Pauli Apostolorum usque ad S. Francisci bis tantum in ecclesia diebus ferialibus obiter et aliud agens comparuit, sed nec celebravit sacrum; nec concionatus. Commendarium tamen sistit huic ecclesiae, cui et salarium solvit annuatim marcas 10 et rectori scholae 4 flor., quae absque cantore et scholaribus manet, proinde solus rector scholae sacerdoti celebranti ministrat; et solus idem cantat, ipso sacerdote ad altare ipsum adiuvante. Commendarius hic Benedictus a Budzisław, actu presbyter, formatas et commendam habens. Modestus ac vir bonus, quamquam simplex et indoctus, cum vetula cohabitans sobria et pia. Ex praedictis villis parochialibus ad hanc ecclesiam se confert populus, nec divina officia unquam per Commendarium intermittuntur. Celebrat aliquoties in hebdomada et celebrantem reperit Visitator die profesto, solo rectore ipsi ministrante, intra ecclesiam vero nemo tunc alius fuit. Consultum ipsi, ut abstineret a celebrando sacro, nisi auditores tres, ad minus duo adsint praesentes. Metriculae non scribuntur. Tonsuram seu coronam non gerit. Presbyter ab annis tribus factus.

Supellex Ecclesiae. Calices tres argentei cum patenis, quorum unus integraliter inauratus cum sua patena. Pacificale aereum cum Reliquiis, rotundum. Chrismale orichalceum. Crux nulla est ¹⁾. Monstrantiam cupream plebanus Wazimoviensis modernus transtulit ad Warzimowo. Ampulae duae stanneae. Candelabra duo plumbea in altari. Caldaria duo. Ornath zlotoglowowy cum cruce insigni, auro texta, figurata, et cui similem vix reperias in Decanatu, cum apparatus. Ornath pulhatlasowy zielony cum attinentiis, et cruce ex trina aurea, cum attinentiis. Ornath rubei veluti, flosculis aureis florissatus, absque cruce, cum attinentiis. Cassula ex hatlasso rubei coloris, sine at-

*Ludovicus me dicitur, do
Kusowa*

¹⁾ Nowa, pulchra, argentea: pani Struszkowska sandzino-wa sprawiła.

tinentiis. Cassula nigra de grubirino, cum cruce sericea figurata. Cassula vetus et vix alicuius usus. Pluviale prorsus laceratum ¹⁾: prohibitus Commendarius ne hoc amplius utatur. Antependia 4 simplicia. Superpellicia duo. Pellae 7. Mantilia 5. Szerzinki duae simplices; nulla sollemnis ²⁾. Velum nullum est pro calice ornando. Thurribulum cupreum.

Notandum. Multa per Warzymoviensem parochum seu Commendarium, ad Warzymow ex hac ecclesia translata; utpote: monstrantia, crux argentea, cassula alba ex adamasco, cerei maiores, et id genus alia.

Rabki 3. Corporalia 2, pallae totidem. Vexilla 4, et 2 minora. Lagena stannea. Gradus altarium nudi. Campanae duae, signans una, tintinnabulum unum, et duae manuales campanae. Scrinia duo in sacrario. Imago Resurrectionis non habetur. Missale Romanum in parvo opere ³⁾, et Gnesnense in folio. Agendus vetus Gnesnensis. Graduale, Antiphonarium, Psalterium, sunt quidem, sed lacerata omnino.

Victrici. Victrici ad ecclesiam duo, ex Notecz coloni, colligunt pecuniam, sed rationes nec scribunt, nec faciunt. Vinum curia Warzymoviensis suppeditat; ceram, thus, fabricam, vestium munditiam et reliqua curant victrici.

Notandum. Ante annos duos excessisse vita Commendarium quendam ecclesiae huius Broniszewiensis, nomine Stanislaum de Posnania, testamentum asseritur condidisse moriturus, sed ubinam sit et penes quem, nescitur. Relatum est coetricem ipsius partem suppellectilis et pecuniae sibi vendicavisse et inde transulisse. De plebano etiam Warzymoviensi retulit Commendarius Broniszeviensis et Joannes ludirector Sadlensis, quod plebanus Warzymoviensis se in dispositionem omnium ingessit et accepit relictas pecuniae

¹⁾ Zielone, kytajczane.

²⁾ Una sollemnis ze złotem.

³⁾ Parvum.

florenos aliquot per manus victricorum pro cera, quam non emit hactenus.

Połajewo.

Villa nobilium, quam iure haereditario possidebat Andreas Grabski, pertinax haereticus. Successit iam frater eius catholicus, at non residens.

Ecclesia parochialis tituli SS. Petri et Pauli Apostolorum et S. Dorotheae, desolata manet, cassa coemiterio, ossorio, campanili, clausa tamen, brevi nisi reparetur ruitura. Pro dote habet haec ecclesia duos cum dimidio agri mansos, qui pro praedio seu curia excoluntur, cum pratis annexis. Item penes domum parochi hortus, hanc inquilinus inhabitat.

Decimae huc spectantes: Decima Połajewo ex praedio et colonis, quam antiquitus decimabat parochus. Połajewko decima manipularis; ex Nowawieś et Przewóz, huc spectare decimas, visitationes antiquae testes sunt ¹⁾.

Villae Parochiales. Połajewo, Połajewko, Nowawieś, quae vacante ecclesia praedicta ad viciniore se conferunt ecclesias; urgendus Dnus Grabski ecclesiam ut reparat, ea quae ecclesiastica restituat, parochum pro suo iure praesentet ²⁾.

*) *Nota.* Descriptio ecclesiarum in *Rzeczyca* et *Ostrów* circa Goplo, invenitur tantum in Lib. 68 deest vero in Lib. 70.

Rzeczyca.

Villa nobilium Dnorum Kołucki et Lubszński, catholicorum. Ecclesia parochialis. Templum ligne-

¹⁾ Agnusek, dach y smyntarz zly. Obrusy 3.

²⁾ Kielich srebrni i patena, ieden, corporali 4, Custodia 1, purificatoria 2, velum iedno diversi coloris. Ornat zieloni adamaszkowy z krzyżem szerokim sine apparatu, drugi żółty polchaltasowy sine apparatu; trzeci adamaszkowy lichy z krzyżem srebr-

um, tecto perfluo, tituli S. Stanislai. Indulgentias nullas habet, nec litteras erectionis. Jurispatronatus haeredum villae, qui non praesentant parochum ab annis 8 vel ultra ¹⁾). Ecclesia administratur per Commendarium Joannem a Koło ²⁾, actu presbyterum dioecesis Gnesnensis ³⁾. Formatas habet hic et commendam. Altaria 2 cum portatilibus integris, tertium in ciborio, quartum in sacrario. Ciborium curatione diligentiori indiget. In scatula asservatur Ven. Sacramentum. Chrisma sumptum ex Kaczewo. Coemiterii septa labuntur. Caetera sarta tecta. Baptisterium absque clausura: monitus omnium Commendarius.

Dos Ecclesiae. Domus plebanalis recens per Dnos haeredes exstructa, cui hortus annexus est. Eam incolit Commendarius. Iuxta hanc schola. Rector scholae absque Cantore, solus ⁴⁾). Sanctuarii habet portionem agri in primo campo versus villam Gyzieze, longitudinis trium stadiorum, latitudinis 120 sulcorum. In secundo campo paulo minor agri portio. In campo tertio quantitatis agri plebanalis nec sciri, nec demonstrari potest, quippe eum a multis annis, Dni haeredes inter se distraxerunt et praediis suis adiunxerunt. Etiam vero hos campos reliquos, ipsimet haeredes hoc anno praesenti inter se sunt dispertiti et eosdem pro usu suo coarant, Commendario inde persolventes salarii flor. 20 et rectori scholae flor. 6. Sunt et his agris contigua prata, quae ab eisdem Dominis possidentur omnia.

nym cum apparatu, kapa czarna axamitna wzorzista, pasamon złocisti. Albi 2; humeral 1, kitajki czerwoni 2 łokcie, rąbcezków 4. Relikwie w woreczku jedwabnym z krzyżykiem srebrnym. Dwie szczele złotych legował p. Myrcziński Moskwa, pytać się u p. Ruszkowskiego, sendziego Brzeskiego; testes: X. Jan z Piaskow i X. Wsowski.

1) Od 6 lat niemasz plebana.

2) Simonem a Krambsko.

3) Posnaniensis.

4) Cum cantore. Habet salarii 6 flor tenże cantori 2 flor.

Decimae huc pertinentes: Decima Rzeczyca post agros cmetonum et praedialis ¹⁾. Ex Kobelnica minor, villa praestimoniali Capituli Wladislaviensis, decima manipularis, partim Rzeczyzensi, partim Chelmicensi parochia debetur ²⁾. Decima Rzuczko maior et minor, non solvitur. Decima Karsko anno tertio cedit huic parochia. Ex Kobelnica nobilium, quae maior dicitur, decima manipularis ³⁾. Decima Wujezino, alternata cum Capitulo Wladislaviensi ⁴⁾. Decima Wito-wice: hae omnes manipulares, non solvuntur.

Villae parochiales: Izyce seu Gizyce, Rzudzko, Brzescie, Leszcze, Karzpol, Karsko, Kobelnica maior et minor.

Commendarius Ecclesiae Venerabilis Albertus a Kolo, de quo supra. Officia divina pro more villarum exequitur. Conquestus Ven. plebanus de Ostrow, Martinus Kiiiewski, quod hic Commendarius matrimonii sacramentum eius parochianis conferre praesumat et se in alienam messem ingerat. Item retulit idem de eodem Commendario, quod processum pro Visitatore, auctoritate Rmi Dni extraditum, et ad Rzeczyca ad se per cantorem Jacobum allatum, primum laceravit, post etiam laceratum ad terram proiecit, quem tandem idem cantor collectum, rectori scholae Rzeczyzensis tradidit.

*habitu suo unguis
infra fo 78, 83*

Supellex Ecclesiae. Calices 3 argentei, quorum unus ex toto deauratus cum patena. Crux argentea in parte deaurata, alta cubitum 1, quae et loco monstranciae, remotis tunc Reliquiis, habetur. Pacificale nullum est ⁵⁾. Ampulae duae argenteae deauratae, iustae magnitudinis. Cassula alba ex serico simplici cum pertinentiis. Cassula nigra ex grubirino, cum alba sola. Cassula rubea adamasci, cum stola et manipulo.

¹⁾ Non solvitur.

²⁾ Pan Lubszyński obiecał po 2 niedzieli, powiedział, że X. Czacki daje 10 grzywien.

³⁾ Non solvitur.

⁴⁾ Non solvitur.

⁵⁾ Novum argenteum.

Albae in summa 3, stolae duae. Cappa 1 ex adamasco coloris flavi cum albo. Antependium ex medio hatlasso crocei et rubei coloris per columnas. Antependium stragulatatum simplex. Mappae 10, mantilia 7, rąbków 6, vela pro calice 2. Minora mantilia pro ceroferiis 4 ¹⁾. Mantile serici simplicis duarum ulnarum ²⁾. Tuwalnie 4. Corporale 1, idque immundum; palla 1; szerzynka 1, late sericeis et aureis filis acu picta cum figuris auro depictis; altera filo sericeo depicta vetustior. Tapes 1; pannus pro baptisterio. Thurribulum 1 cupreum; candelabra 2 stannea; ceroferia 4. Vexilla 6, caldaria 2. Coperta pro palatio altaris sericea. Campanae 2, signans 1, manuales campanulae 4. Ferrum pro pinsendis oblatis. Lagena stannea ³⁾. Missale Cracoviense vetus, aliud novum Romanum. Agenda Wladislaviensis antiquae editionis. Et Graduale et Antiponarium et Psalterium, omnia distracta et mutilata. Psalterium pergamineum accisum utrinque. Victricus 1, ex Izyce villicus, procurat vinum, ceram, thus et reliqua omnia ex collectis, quae si desunt, supplet Commendarius ⁴⁾.

Ostrow circa Gopło.

Villa nobilium Popowskich et Świeckich, iurispatronatus eorundem per alternatam. Ecclesia tituli S. Matthaei Apostoli et S. Valentini, murata, pars tegula latericia, pars lignea contacta. Pavimentum nudum, informe ac sordidum. Anniversarius Dedicatio- nis Dominica post octavam B. M. V. Indulgentias habet dierum 40 pro festis Patronorum ab Episcopo quodam Wladislaviensi Matthia ^{*}), anno 1520 concessas,

¹⁾ Prziibel obrus, ręcznik i welum czerwone.

²⁾ Ornati 2 nowe, jeden czerwony adamaszkowy, z krzyżem zielonego złotogłowa, pan Tomicki sprawił; drugi biali adamaszkowy dworka Zofia.

³⁾ Szufła.

⁴⁾ Na ołtarzu polieli krzyżmo. Mnich w Radzieiowie benedikuje obrusy etc.

^{*}) Drzewicki.

quarum nullus est populo usus. De erectione nulla notitia. Altaria 3, quorum maius integrum cum portatili supermurato, reliqua duo labuntur. Portatile altaris 1. Ciborium et baptisterium absque clausura. Sacra Eucharistia indecenter servatur, in sacculis immundissimis. Coemiterium absque sepimento. Ossorium parieti contiguum.

Dos Ecclesiae. Pro dote certas agri portiones habet in omnibus tribus campis, portio 1 incipit a domo plebanali, Orpikowo versus, ad paludem sita. Longa stadium 1, lata 3 stadia, cum pratis. Habet haec portio in eo palude lacum dictum Skwarzen, in quo 3 tracturae sagenales, quarum 2 nobilium, tertia propinquior domui plebanali ad parochum pertinet, quam tracturam iidem 2 nobiles violenter, renitente plebano, sibi vendicant. Portio agri secunda ultra domum plebanalem versus septentrionem, scilicet inter villam et paludem Gopło sita, longa 7 stadiorum usque ad lacum Gopło cum pratis eisdem agris adiacentibus. Portio agri tertia ex altera parte paludis et lacus Skwarzen, iuxta campum Kokoszyce sita, longa 5 stadiorum, lata 16 sulcorum, cum prato contiguo ad paludem sito. Domus plebanalis humilis et vilis, cum modica area et hortulo.

Decimae Parochi. Wąszowo villa nobilium sub parochia Piotrkowo ¹⁾ et Kaczewo, Kokoszyce villa regia castri Crusviciensis ²⁾. Ostrowo minor, villa regia castri Radzieiow ³⁾. Orpikowo nobilium ⁴⁾. Witowice nobilium ⁵⁾. Ostrow maior circa Gopło, nobilium, in qua et haec ecclesia parochialis est locata ⁶⁾. Popowo nobilium, omnes istae manipulares, non solvuntur.

¹⁾ 22 flor. non solvit pan Wylkostowski i inszi.

²⁾ Z Kokoszyce dają 12 grzywien.

³⁾ Dają 4 grzywien.

⁴⁾ Non solvuntur.

⁵⁾ Nie nie dają.

⁶⁾ Tylko poddani 5 dają po grzywnie, a z pustych panowie nie dają nic.

Villae parochiales. Ostrow, Kokoszyce, Witowice maior et minor, Orpikowo, Mietlica, Złotowo, Ostrowko, Popowo. Haereticos habet haec parochia D. Joannem Mietliczki et D. Gorska viduam in Witowice ¹⁾. Caeteri etiam nobiles parochiani non confitentur, nisi forte alibi extra suam parochialem.

Parochus. Ven. Martinus Kiiewski, dioecesis Wladislaviensis, legitime ab annis 17 investitus, residens ad ecclesiam et rem familiarem non impigre procurans. Sed ecclesiam et ea, quae sunt ecclesiae, pro sua fortasse rudi Minerva segniter attendit. Unde et parochianis exosus adeo, ut alium sibi a Rmo dari parochum efflagitent. Ecclesiam sordidam habet. Vestes sacras paedore ac faetore obsitas, ac vix aliquando lotus. Caetera vel indirecte intra ecclesiam collocata, vel quae oculos offendunt. Ludirectorem fovet et alit cum cantore. Pertaesus conditionis et loci, alio ut commigret, postulat ²⁾.

Cultus divinus pro more parochialium perficitur. Diebus dominicis et festis cantata Missa cum Matutino et Vesperis. Feria 6 lecta, praeterea fere nunquam. Breviarium Romanum absque Rubricella per anni decursum. Decalogus et Bogarodzica et Litaniae canuntur ³⁾. Metriculae scribuntur. Bannas praemittit, non praemisso tamen poenitentiae sacramento. Extra ecclesiam copulabat aliquando, sed iam destitit. Confitetur singulis mensibus in Koscieski vel Chelmee. Ex villis parochialibus decimam non persolventibus a baptisandis exigit gr. 1, a confitentibus non item.

Supellex Ecclesiae. Inventarius non habetur in ecclesia descriptus. Revisio facta. Calices 2 argentei, quorum 1 in parte deauratus, cum patena inaurata. Crux argentea cum basi aerea ⁴⁾. Reliquiae

¹⁾ Nullos habet.

²⁾ Rectori scholae polczwarta złotego. Rector grzywne cantori.

³⁾ Nihil minus.

⁴⁾ Fracta, neglecta et Reliquiae amissae.

SSorum sacco involutae plurimae, ferme librarum durarum vel trium; cui crux parva argentea, itidem cum Reliquiis est assuta. Alter sacculus minor, etiam cum sacris Reliquiis. Monstrancia cuprea pluribus in partibus fracta, funiculis colligata. Pixis Ven. Sacramenti e cupro, cum scatulis intus ligneis. Tabernaculum Sacramenti Ven. ad parietem, nullo ornamento coopertum. Chrysmale stanneum, ampulae 3 stannae. Thurribulum cupreum ¹⁾.

Exstat in Missali cuiusdam Visitoris tale scriptum. Visitata est praesens ecclesia in Ostrow circa Goplo per me Stanislaum Dambrowski, praepositum Volboriensem Canonicum Vicariumque in spiritualibus et Officialelem Generalem Wladislaviensem, Commissarium per Rmum Dnum Episcopum Wladislaviensem per totam suam Dioecesim deputatum A. D. 1545 die XVIII Octobris. Inprimis 5 cassulae, tres potiores, et 2 feriales. Item calices duo. Item cruces argenteae 2, una cum pede aereo. Item Antiphonarium vile. Item monstrancia cuprea. Item vexilla quatuor: haec ibi.

Inserta sunt haec praesenti visitationi, ut appareat impietas parochianorum, qui per tot annos nihil suppellectilis sacrae pro cultu divino comparaverunt vel auxerunt.

Cassula flava sericea solennis, cum cruce lata figurata, et pertinentiis. Cassula ex medio hatlasso rubeo cum cruce figurata aureis filis intexta, cum pertinentiis ²⁾. Cassula tertia et quarta ex czambeletto nigro undulato, sine attinentiis. Cassula quinta, nullius plane usus. Albae 4; stolae 5, laceratae. Cappa seu pluviale non habetur. Antependia 4 tam festis, quam profestis diebus communia, eaque simplicia. Map-

¹⁾ Przibel krzyż srebrni zlocisty i ornat kitajkowy złotogoracy.

²⁾ Ornat nowy, biali adamaszkowy, od pana Macieja Kyielewskiego, z krzyżem złotogłowowym szerokim. Czarny adamaszkowy pani Anna Ciepińska. Kapę zieloną kitajkową tenże Kyielewski.

pae 16; mantilia 12 et telae subtilioris alias rabki 11 ¹⁾). Tobalea duo linea. Szerzynki duae aureis filis intextae. Corporalia 4, custodiae totidem ²⁾). Bursa pro deferendo ad infirmos Ven. Sacramento. Velum pro calicibus nullum est. Sacculi calicum sordidi, uti et corporalia. Vexilla 5 vetera. Caldaria 2. Lagena stannea pro vino. Gradus altaris panno nigro teguntur ³⁾, Campanae 2 in campanili, tertia signans, manuales 2. Serae 2 pensiles. Scrinia duo, et quia sacrarium muratum foetidum, in choro minori sunt cum suppellectili collocata. Velum quadragesimale non est. Baldachinum supra monstranciam deferendum non est. Missalia 2 Wladislaviensis Ecclesiae, lacera et coperta deformi. Graduale pergameneum in folio. Antiphonarius item pergameneus, principio et fine mutilatus. Psalterium non habetur. Agenda Gnesnensis antiquae editionis. Lombardica historia seu Legenda SSorum, in folio. Rationale Divinorum. Biga salutis cuiusdam Franciscani. Homiliae annuae: liber hic antiquus absque titulo, Pomerii homiliae in folio. Et liber quidam manuscriptus ⁴⁾).

Victrici: aeditui 2, in Kokoszyce et Ostrów residentes ⁵⁾, collectam pecuniam in gazophilacio deponunt. Nemini unquam rationem faciunt, nec scribunt rationes accepti et expensi. Iniunctum parochi ut haec ad normam deducat. Iidem victrici reparant ecclesiam, ceram pro altaribus minoribus et ceroferrariis procurant, thus et vestium munditiam. Pro antiquo recepto more vinum et ceram pro cereis altaris maioris ipse parochus suppeditat ⁶⁾. Victrici in paratis habent fl. 2 tantum. Fraternitas nulla est. Ante annos 8 Ven. Andreas ⁷⁾ parochus senio confectus, obiit

¹⁾ Było jedno Iniane

²⁾ Crux in medio stercore avium deturpata.

³⁾ Komzy.

⁴⁾ Libri penitus sordidi et consumpti antiquitate, laceri.

⁵⁾ Wociech Pachel i kthory Rector scholae.

⁶⁾ Pieniędzy jest grzywna i 5 gr. pożyczyl pieniądze arendarzowi na zastawę.

⁷⁾ Antoni.

intestatus, qui supellectile domestica et pecoribus abundabat, quae omnia parochiani, D. Nicolaus Święcki et Andreas ¹⁾ Popowski, inter se distraxerunt; nimirum boves, equos, vaccas, oves, anseres, gallos. Idem partem pecorum vendiderunt Dno Laurentio Zagorski flor. 8, quae pecunia hactenus non est ecclesiae restituta ²⁾).

Bronisław.

Villa Monialium Conventus Płocensis. Juspatronatus eorundem. Ecclesia tituli S. Bartholomaei, lignea, non bene sarta tecta. Dies Dedicacionis prima dominica post Michaëlis. Altaria duo adornata; maius muratum, portatilia 4. Tabulae altaris maioris recens renovatae. Templi pavementum nudum. Coemiterii septa dilabuntur. Ciborium cum baptisterio decenter curantur, cum clausura. Sacrarium angustissimum.

Dos Ecclesiae. Proventus hic sunt duplices: ecclesiae et parochi. Pro ecclesia fundata agri portio una, in campo uno, versus Bieganowo ad granicies Bieganovienses et viam, ut vocant, magnam, sita, stadiorum duorum longa, lata totidem ³⁾. Hic ager ab aedituis coaratur ex censu flor. 4, ratione conseminationis, qui et in aerario reponuntur ⁴⁾.

Dotis plebanalis lanei tres cum dimidio, in omnibus tribus campis, singuli sulcorum 8, cum additamentis ubique camporum. Locantur hi agri colonis de Bronisław per parochum, quorum singuli arant per semilaneum ⁵⁾. Et annuatim pendunt singuli ex quolibet semilaneo per flor. 8; item hordei cor. 1, tritici

¹⁾ Antoni.

²⁾ Pomarli ci, ale potomkowie są, nie nie dają.

³⁾ Uczyni tho zagonow 12 flor. przez staje; zagoneczków krótkich około 17.

⁴⁾ Theras nie dają z tego iedno 3 złote i za jarzię i za oziminę.

⁵⁾ Nota bene. Wielka krzywda zagonom plebanskim, wyonją grunty i frymarczą pieniądze.

cor. 1, anseres item et capones et ova et peregrinationes pactas Raciazum. Summa census fl. 56. Hos agros accisos per vicinos colonos, conqueritur parochus, dimensionem agrorum necessariam asserens et fieri supplicans, quam R. D. Praepositus Plocensis ipsi omnino denegat. Pratum plebanale in Bachorza, quod uti et alia prata emetonum, pro pascuis cessit. Hortus ultra domum plebanalem stadii ferme unius secundum longitudinem et latitudinem. Locatur colono villae de medietate manipuli. Item habet missalia vulgo meszne, post mansos emetonales in Bronisław, ex quibus provenit taxa parochi seu consipatio per 3 coretos siliginis mensurae Cuiaviensis. Mansi autem fuerunt olim 55, cum scultetialibus inclusive. In revisionibus nostris antiquis haec formalia verba habentur: consipatio de 55 mansis, per tres coretos de manso quolibet. Haec ibi. Ex his 55 mansis decem mansi sunt testimonio colonorum pro praedio Bronisławiensi conversi; unde hoc praedium novum haecenus vulgari nomine a colonis vocatur: Włoki szoltyskie. Ex quo quidem praedio pendebat missalia parochi Praepositus Plocensis D. Swieykowski et arendarius D. Rusinowski. At hic modernus D. Praepositus Johannes Głuchowski, ex his mansis ab annis aliquot pensionem denegavit eidem parochi. Dies huic consipationi dies festus S. Hedvigis est antiquitus assignatus. Idem habet decimam manipularem ex praedio Bronisławiensi, quod antiquitus unum fuit, et haecenus vocatur praedium vetus. Hanc decimabant parochi omnes, quin et hic modernus; his annis eam D. Praepositus Plocensis fl. 15 redimere consuevit. Decimam habet item in Koszwały, ex sorte D. Alberti Zakrzewski, manipularem ¹⁾.

Villae parochiales. Bronisław, Koszwały, Skotniki, Papros. Huc etiam pertinet Sosnka, villa Rmi ad profanatam Broniewo spectans. Haec Sosnka sepul-

¹⁾ Dawano pulczwarta złotego, theras Job Zakrzewski od trzech lijat niedał.

turas in Broniviensi ecclesia profanata suas observat, contra edictum Rmi Dni, sub poena marcarum 30, quippe omnes mortui eo devehuntur et sepulturae mandantur. Sic testati sunt clare victrici et Commendarius. Item confessum se conferunt iidem ad monachos Radzieiovienses, praesertim patres familias. In Koszały est quaedam venefica hortulana, ad quam etiam ex remotis locis multi se conferunt, quae per benedictiones et revelationes quasdam corruptis mederi et malis obviare et deperdita restituere solere dicitur ¹⁾.

Parochus. V. Albertus Teruntius Crobensis canonicus Crusviensis ²⁾; non residens; saepius tamen ecclesiam hanc suam visitans. Domum hic plebanalem recens cum duobus hipocaustis et atrio aedificat, perfecturus tandem aliquando. Ecclesiam per Commendarium Nicolaum Sobocium, actu presbyterum dioecesis Guesnensis, formatas et commendam habentem, regit, qui domum plebanalem inhabitat. Factiosus hic natura, et dissolutioris vitae. Die S. Bartholomaei, tempore maturae (quo populus multus indulgentiarum causa confluxerat) guerras et turbas, stupente ad hoc populo, cum vel contra plebanum excitaverat hoc anno. Idem pridie eius festi factum. Discurrit hic noctu intempesta potando per domos et tabernas, et cremato indulgens. Insimulatus hoc anno fuit notae cuiusdam incontinentiae: verum negotium per Visitatorem examinatum, testibus victricis, eum ab hac suspitione immunem adinvenit. Salarii flor. 25 capit a parochio, ludirector 5. Breviarium et Rubricellam habet Commendarius. Est ad ecclesiam et rector scholae et cantor cum scholaribus: discordes; ita ut nec ecclesiae infra divina parcant.

Cultus divinus. Cultus divinus eo modo perficitur. Diebus dominicis et festis Matutinae et Vesperae maiores. Summa item per scholam cantata; ferialibus diebus lecta aliquoties. Catechismus recita-

¹⁾ Odrzeka się y professionem czyniela publice w kościele.

²⁾ Stephanus Malchrowyc Posnaniensis, optimus vicarius.

*Non ranna
opustowa*

tur¹⁾. Decalogus et Bogarodzica canuntur. Metricalae conscribuntur. Bannae cum confessionibus ante contractum matrimonium praemittuntur. Confitetur Radzieioviae plerumque. Coronam defert et habitum clericalem. Gratis sacramenta administrantur et tempestive.

Victrici. Victrici duo ex villa Bronislaw, Johannes Kopka et Martinus Glinka. Habent aerarium sub clausura; rationes conscribunt, et anno quolibet eas ad calculum praesente parcho revocant. Expendunt autem pecuniam pro cera, thure et vino et pro aliis omnibus ecclesiae necessariis. In paratis habent fl. 13. In debitis vero: in primis colonus Valentinus Gręda debet aerario ecclesiastico flor. 7 ab annis 6 vel ultra, quos pater eius mutuaverat. Item Nosek emeto tenetur flor. 1 gr. 2²⁾. Item ex piorum hominum pro Missali emendo collecta, pro Graduali et aliis, Dnus plebanus debet aerario flor 2¹/₂. Item V. Alberto olim Commendario in Bronislaw, protunc Commendario Bithomiensi, mutuaverunt victrici flor. 4, quos idem ille redditos a se Dno parcho asserit. Item Commendario Martino mutuaverunt marcam 1, quam salario ipsius parcho defalcavit, nec pecuniam ecclesiae restituit. Sed si Commendarii praedicti ad solutionem obligarentur, cur eis per Dnum plebanum dies non dicitur? Fraternitas communis seu generalis observatur. Habet ceroferaria, sed cereos procurant ipsi victrici. Conferunt ad manus victricorum annis singulis patresfamilias per 4 solidos; idque feria 3 paschae, exigentibus victricis. Ratione cuius pensionis vigiliae et lecta Missa pro defunctis quater in anno celebrantur. Commendario autem et scholae, victrici tunc pendunt singulis anni quadrantibus gr. 4.

Supellex Ecclesiae. Inventario per aedituos oblato, revisio nihilominus facta.

Calices duo argentei cum patenis³⁾, quorum alter

¹⁾ Catechismus non recitatur.

²⁾ Zapłaciel.

³⁾ Z kamieniem czerwonym w koło jeden.

semifRACTUS, nec reficitur. Crux argentea semifracta. Pacificale argenteum rotundum, cum Reliquiis. Monstrantia cuprea. Pixis sacramentalis lignea ¹⁾ in ciborio. Chrismale stanneum. Thurribulum cupreum. Cassula ex adamasco albo cum cruce ex procedella, cum pertinentiis. Cassula ex adamasco rubeo, cum pertinentiis. Cassula ex adamasco viridi, cum stola et manipulo. Cassula ex axamento viridi cum cruce figuris auro texta, sine pertinentiis. Cassula vetus de muchairo albo, sine apparatu ²⁾. Cassula de grubrino nigro cum cruce lata figurata, cum pertinentiis, at nondum consecrata. Antependium ex adamasco rubeo, solenne. Antependium ex adamasco viridi, nuper comparatum, at nondum consecratum. Antependium de grubrino rubei et viridis coloris. Cappae duae, utraque de grubrino flavo et pumiceo. Pallae 19. Mantilia 29. Linteamina 4. Tectorium kamecheum rubeum, pro velando sepulchro Domini die paraseves. Mantilia telae tenuioris 6. Szerzinki 5 lineae, acu sericeo filo depictae. Corporalia duo. Custodia nulla est, nisi una privata Vicarii. Vela serici simplicis pro calice tria; scilicet duo rubea et unum flavum. Superpellicia tria, et pro pueris duo minora. Candelabra duo stannea pro altari maiore ³⁾. Vexilla 6. Ampullae stanneae 4. Caldaria 2. Lagena stannea ollam vini capiens. Velum altaris maioris ex adamasco viridi, novum. Mantilia pro ceroferariis tria. Almariae duae. Cista una clausa, et altera minor. Pannus viridis pro cooperiando baptisterio. Tectorium pro feretro. Pannus rubeus pro gradibus altaris. Candelabrum ferreum pensile. Campanae duae, signans una, manuales 7. Serae pensiles 4. Ferramenta pro pin-sendis hostiis. Velum quadragesimale coloris varii. Ceroferaria 12.

Libri. Missale Romanum, Plocense, et Gnesnense,

Delata "tak widać jak: viridij"

az 4 mosiężne nowe wine

¹⁾ Stannea.

²⁾ Stara.

³⁾ I dwa mosiężne nowe. Lychtarz nowy mosiężny X. plebana.

integra. Agendae duae, Plocensis et Gnesnensis, veteres. Graduale penitus nullius valoris, lacerum et mutilatum. Antiphonaria duo lacerata. Psalterium novum Romanum. Biblia sacra.

Krzywosądzka.

Villa Philippi ¹⁾ Zakrzewski.

Ecclesia parochialis lignea, tecto latericio, pavimento latere strato; tituli Assumptionis B. M. V., quo die voti persolvendi causa populus ex vicinis parochiis confluit. Consecrationis anniversarius prima dominica post Michaëlis. Erectionis et indulgentiarum non inveniuntur monumenta. Coemiterium septum et clausum. Campanile cum ossorio integra. Altaria tria, sed maius tantum curatur; duo reliqua cum tabulis deformibus neglecta. Portatile altare maius habet integrum. Ciborii informis et simplex statua, nec exterius ornatur seu cooperitur. Pixis V. Sacramenti nulla est ²⁾, in corporali duntaxat asservatur Sacramentum. Baptisterii aqua munda, sed sine clausura. Sacrarii clausura debilis et furibus patens. Tectum templi perfluum ³⁾, maxime sacrarii, unde et laquear eiusdem sacrarii situ corruptum.

Bona et reditus Ecclesiae. Portiones agri certae alias plosy in omnibus tribus campis. In primo campo portio una agri et vocatur plosa, w końcu wszi ku Bachorzey, inter agros cmetonum sita, cuius latitudo sulcorum 20, longitudo stadiorum tredecim, nimirum protenditur usque ad paludem Bachorza. Habet haec agri portio annexum sibi pratium, curruum faeni duorum. Additamentum non habet. In secundo campo iuxta Bachorza, secunda est agri portio, itidem inter agros cmetonum sita, Czołpino versus, quae

¹⁾ Job.

²⁾ Nowa, za kope.

³⁾ Reparatum.

communiter a colonis additamentum (alias przydatek) vocatur: lata sulcis 20 in uno stadio, in reliquis autem stadiis pauciorum sulcorum, nam in conum desinit sulcorum 12, usque ad granicies Czolpino. In eodem secundo campo est portio agri et plosa vocatur, inter agros cmetonum versus granicies villae Czolpino, longa stadiis 5, lata sulcis ferme 50. Item in eodem campo versus Czolpino iuxta viam, quae ducit ad Czolpino, portio agri 10 sulcorum, stadiorum duorum. In tertio campo versus Ułomie est portio agri plebanalis et vocatur Grodzisko: a ydzie stukami między smugami: longitudo eius 4 stadiorum, latitudo alibi 20, alibi 40, alibi tantum 10 sulcorum, cum prato eisdem agris annexo supra declive alias nad smugiem, proferens currus faeni 4 vel 5. Sterilioris glebae haec pars agri. Hi agri praedicti a curia excoluntur ab annis 50, ex eo videlicet tempore, ex quo ultimus et immediatus possessor eius ecclesiae parochus, dictus Krajewski, vitam ibidem in Krzywosądza finivit, per hoc omne tempus interdum vacat; interdum per Commendarios regitur, salario cum eis pacto ¹⁾. Est area plebanalis versus meridiem, habens domum iam vetustate labentem, non circumseptam. Ei domui fuit olim adiacens pomerium, et hortus et horreum et caulae et stabula et puteus, quae omnia interiorunt ²⁾. Pone domum plebanalem domus est hortulani plebanalis, cum horto, quam ad praesens Commendarius modernus inhabitat ³⁾. Hortus plebanalis fere stadii unius, latus fere stadiis duobus ⁴⁾, consemminabatur his annis superioribus a V. Joanne et V. Valentino Commendariis, hordeo et crescentiae proferebat hordei casulas decem. In eodem campo tertio ultra villam, meridiem versus, portio agri (coloni vocant stuka roley) stadiorum duorum, sulcorum 40. Initium sumit haec portio agri ab horreo cmetonis Mazurek et ten-

¹⁾ Teraz 20 złotych tylko daje pan a zboża 44 korcy.

²⁾ Na tym miejscu zbudowano domek kapłanom.

³⁾ Dominus villae illum possidet.

⁴⁾ Chłopi sobie zabrali.

dit per fossam et terminatur usque ad nemus Krzywosądzki. Item klin ku gaiowi Krzywosądskiemu iuxta viam Radzieioviensem una ex parte, ex altera eum agrum contingunt agri emetonum. Portio haec agri stadii unius, sulcorum 60, sed arenosi soli, scilicet longitudo eius ad torrentem, latitudo autem do rogu gaju pertenditur, iuxta viam Radzieioviensem. Item na Ubiedrzy ku Smarlinu portio agri duorum stadiorum, sulcorum 20, sita inter agros emetonum. Incipit a via Junivladislaviensi, ut vocant, publica seu regia: et extenditur ad paludem Kokiela dictam. Cui etiam pratum est annexum. Omnes isti agri plebanales excoluntur pro praedio, et nihilominus cognominantur tam a cmetonibus, quam ab ipsa curia, Plebanki. Tum vero hi iidem agri plebanales nullo loco cohaerent agris praedialibus, sed solum cmetonalibus. Vnde praedio curiali hactenus adiungi et commisceri nequiverunt.

Villae parochiales. Krzywosądza, Dobra, Czolpino, Smarlino. Krzywosądza arianum habet haeredem, Smarlino calvinum eius fratrem, Czolpino, itidem calvinum palatinum Braestensem ¹⁾; Dobra sola catholicum.

Decimae. Decima parochi propria post araturas villae Krzywosądza tam emetonales, quam praediales. Decima ex Smarlino post agros emetonum et praediales: sed nec extraduntur, nec solvuntur.

Victrici et Legata. Victrici tres, duo coloni ex Dobra, Martinus Glina et Stanislaus Głowa, tertius ex Krzywosądza Mathias Błazek. Collectam hi faciunt. Vinum, thus, ceram, vestes, libros et alia necessaria provident ex tabula. Rationes scribuntur et redduntur. In paratis habent flor. 3. Et mutuaverunt Alberto Gazy flor. 7 in moneta. Item in debitis: U Octawy 6 ferton., coloni de Krzywosądza; apud Stanislaum Głowa victricum flor. 4, quod et fatetur ipse. Rationem hic accepti per annos multos non fecit.

¹⁾ Catholicum palatinum.

Suspiciantur moderni victrici, eum multa ex aerario ecclesiastico sibi usurpasse; apud Paulum Kurek columnum in Dobra tres fertones.

Notandum. V. olim Lucas Zakrzewski e Societate Jesu adolescens, sanctimonia vitae purioris olim conspicuus, supradictorum haereticorum frater germanus, pro reparatione ecclesiae in Krzywosądza et coëmendis pauperum vestimentis, ad manus fratris sui D. Alberti Zakrzewski iudicis castrensis Radzieiowiensis, florenos ducentos deposuit, ratione quorum D. Judex anno superiore 1597, templi tectum in Krzywosądza tegulis reparavit, et intus lapide cocto templum stravit, datis ad dispensandum ad manus Dnae Tomislawska flor. in moneta 12. Census hic revera fuit. Item D. Judex ex eo tempore, ex quo frater suus Lucas hanc pecuniam apud eum deposuit, ecclesiae et pauperibus donatam, tribus pauperibus ad ecclesiam in Krzywosądza residentibus, vestes pannosas quotannis haecenus coëmit. Haec porro depositio omnium supradictorum facta est a laborioso Mathia Błażek, homine septuagenario, ac probatae vitae et virtutis fideique sene; item ab Alberto Gąży eiusdem villae colono, item ab Alberto Polith itidem colono, possessionatis, in praedictaque villa et natis et educatis, idque in manibus Visitoris ad hoc munus ab Illmo ac Rmo D. Dno Hieronymo comite a Rozdrzew Dei gratia Episcopo Wladislaviensi et Pomeraniae deputati, anno Dni 1598 die 9 mensis Octobris, Ven. Mathiae Dąmbrowski archidiaconi Crusviciensis ac praepositi Służewiensis, praesentibus testibus V. Sebastiano Volboriensi Commendario et Jacobo scholae rectore, cantore item et aliis pluribus ad id vocatis.

Commendarius. V. Sebastianus Volborensis ¹⁾ dioecesis Gnesnensis, actu presbyter, formatas habens et commendam, ab uno anno residens. Habet idem rectorem scholae cum cantore et scholaribus. D. Commendarius percipit salarii a Dna Tomislawska tenu-

¹⁾ Valentinus, a Żychlin.

trice villae flor. 30 annuatim. Idem habet petitam et accidentia ecclesiae consueta. Rector scholae pro more usitato loco stipendii capit ab omnibus colonis parochialibus tempore quadragesimae per 4 solidos, et ab hortulanis per solidos duos, et a Commendario marcam 1 annuatim. Cantorem ipsemet sibi rector scholae providet. Habet idem petitam et tertiam partem accidentium. Matutinum diebus tantum fit sollemnibus cum Vesperis cantatis. Caeteris festis et dominicis, non item. Lecta aliquoties in septimana pro devotione sacerdotis. Catechismus non recitatur, nec Bogarodzica. Decalogus interdum cantatur. Admoniti officii Commendarius et Magister. In quadragesima *Pater noster*, Symbolum et Decalogum Commendarius cum populo recitare moris habet ¹⁾. Metriculae notantur ²⁾. Bannae praemittuntur cum sacramento poenitentiae ante matrimonium. Cum casibus remittit Crusviciam. Confitetur Radzieioviae coram Mansionariis. Gratis sacramenta administrat et mature, dummodo norit. Lumen semper infra divina intra ecclesiam et aqua lustralis.

*Obsecrans
moderari
in idem officio
med. Willaury*

Supellex Ecclesiae. Calix argenteus deauratus, cum patena.

(Ante annos sex fur sacrilegus duos calices e sacrario abstulit: alterum argenteum cum patena, alterum stanneum. Idem crucem tunc furatus fuit, altam cubitum unum, coralis distinctam, argenteam. Idem mappas seu pallas aliquot, et mantilia, et strophiola altaris absumperat).

Item monstrantia habetur cuprea, cum Melchisedech argenteo. Item sacculus cum sacris Reliquiis, cui crux parva argentea appensa. Chrismale stanneum, et alterum cupreum. Thurribulum cupreum vetus. Candelabra duo in altari maiori cuprea. Ampulae 4 stanneae. Item ornath axamintny wzorzisty cum cruce lata auro texta figurata, et apparatu toto. Item

¹⁾ Nunc non item.

²⁾ Inepte.

ornath axamintny cziemno bronatny także z krzyżem szerokim złotogłowiowym z figurami, et pertinentiis. Item ornath trzeci y czwarty de czambeleto undulato rubeo, cum crucibus similiter latis, auro textis. Hae duae albas suas habent, stolam unam et manipulum unum. Item pluviale 1 ex czambeleto rubeo undulato cum marginibus et colari ex procedella flava.

Retulerunt cum quadam quaerimonia victrici et coloni: Ven. Gasparum Chronovium praepositum Radzieioviensem, ex hac ecclesia, nescitur iure an iniuria, recepissee: Inprimis cassulam ex axamento seu veluto viridi cum cruce ampla auro texta, et apparatu toto. Item cappam rubei coloris ex hatlasso, solennem, quae ambo Ven. olim Lucas Zakrzewski pro ecclesia Krzivosadzensi florenis fere centum comparaverat. Ferunt, cappam seu pluviale Radzieioviae detineri; cassulam vero Iunivladislaviam per eundem translata. At vero Domina Tomisławska, tenatrix villae, hoc utrumque eidem Dno Praeposito ante biennium, iussu fortasse Castrensis Judicis Radzieioviensis, ut opinantur nonnulli, extradidit.

Item antependium unum serici simplicis, rubei, et viridis coloris per columnas. Item aliud antependium ex medio hatlasso, albi et rubei coloris per columnas. Item antependium altaris minoris kamecheum, coloris rubei. Item obrusów cęnowatych czwelichowych 10. Obrusów cęnowatych prostych 5. Ręczników czwelichowych 6, a dwa prostych. Rąbeczków rzadkich z ręczniczkami 15. Szerzinki 2, altera kitajki czerwoney złotem y srebrem haftowana, cum circulo radiante et litteris *Jesus*; altera linea serico nigro acu picta. Mantile ¹⁾ ex tapheta argentea ulnarum 6. Velum ex tapheta alba seu argentea ulnarum duarum. Velum serici rubei simplicis, pro calice. Corporalia 2. Palla una linea. Superpellicium unum, lacerum. Vexilla duo ex czambeloto undulato, nova; alia item duo ex czambeloto undulato eiusdem quantitatis. Item par

¹⁾ Velum.

minorum vexillorum ex muchaiero rubeo. Item pannus pro tegendo baptisterio rubeus, novus. Item pannus rubeus pro tegendis gradibus altaris maioris, itemdem novus. Ceroferaria auro illita elegantia, numero 6. Caldaria duo, alterum pro baptisterio, alterum pro aqua lustrali. Lagena pro vino stannea. Scatula pro oblatiis. Ferrum pro pinsendis oblatiis, cum circulari. Velum quadragesimale, lacerum. Candelabrum pensile ex cornibus cervinis ferro aptatis, in choro minore. Gazophilacium ferro munitum, in medio templi positum seu fixum. Seruicia duo maiora, simplicia, nigra, in sacrario, et tertium minus, ferro munitum, at non clausum. Item imago Resurrectionis. Item imago Crucifixi in medio templi erecta, cum imaginibus iuxta positis quatuor, scilicet, S. Mariae Virg., S. Joannis, Mariae Magdalenae et Longini. Item in sacrario duae imagines Crucifixi repositae. Item imago devota Christi Domini in porta, super lapidem sedentis seu quiescentis. Item tabulae altaris maioris pictae, minoris autem altaris imagines binae sculptae; tertii altaris tabula picta. Item ambona, baptisterium, stalla utrinque in choro minori, et in choro maiori aliquot. Campanae tres in campanili, et signans in pertice templi. Tintinnabula tria, et quartum bursae appensum. Serae pensiles tres.

Figura O. Y. X. X. X.
mitur in meo

Libri. Missale Romanum novum ¹⁾. Item Missale Gnesnense, integrum, in folio, in quo Canon maior in pergamento descriptus. Item Agenda nova provincialis Petricoviensis. Item Agenda vetus Gnesnensis. Item Graduale pergamineum, in folio ²⁾. Item Antiphonarium pergamineum in grandi folio. Item Psalterium impressum, lacerum. Item quidam libri veteres, quos profugus olim Commendarius Valentius reliquit. Haec, uti alia omnia, bona et integra fide connotavit Visitator; veritus, ne parochialis haec ali-

¹⁾ Et Agenda nova, Psalterium nullum.

²⁾ Vetus et in principio atque fine nullae chartae, desiderantur ex pergamento; idem de Antiphonario.

quando in furiosorum et blasphemorum haeredum manus rapaces ac sacrilegas deveniat. Haurient inde posterum, quod iure suo repetant ¹⁾).

Broniewo.

Villa nobilium. Ecclesia tituli S. Adalberti et Mariae Magdalenae. D. Albertus possessor et Collator. Dotem hic universam et praedium plebanale praedio suo nefarie adiunxit, ecclesiam desolatam et profanatam reliquit. Ea quae intra ecclesiam fuerunt turpiter pessumdavit universa. Parum abest, quin et parietes ipsos diruat. Misera illius templi facies.

Decimae huc pertinentes. Decima Broniewo maior post agros cmetonales et praediales manipularis ecclesiae Broniewiensis. Decima ex Broniewo minor post agros praediales. Decima ex certis agris oppidi Radzieiow, quae ab eodem Alberto Zakrzewski violenter diripitur; quantumvis per S. Regiam Maiestatem sit ecclesiae parochiali Radzieiowiensi incorporata, pro qua tamen iure experitur Dnus Praepositus Radzieiowiensis. Decima Skibino ex agris praedialibus, quae omnes cum sint manipulares, diripiuntur.

Villae parochiales: Broniewo maior, Broniewo minor et Szosnka, quae sepulturis in Broniewo assueta, easdem hactenus ibidem, contra Edictum Rmi Domini tenere exercet.

Ecclesiae, quae sequuntur, sunt A. D. 1599 in mense Januario revisae.

Piaski *).

Villa nobilium aliquot. Ecclesia parochialis tituli S. Joannis Baptistae et S. Dorotheae. Juspatro-

¹⁾ Imagines antiquitate consumptae.

*) Huius ecclesiae descriptio est tantum in Vol. 68.

natus, iuxta antiquas visitationes, DDor. Vicariorum Ecclesiae Collegiatae Crusviensis. Nec erectionis, nec indulgentiarum ulla munimenta inveniuntur. Est tamen usus indulgentiarum pro die festo S. Dorotheae, et usus pro dominica prima Paschae et secunda dominica, dies anniversarius Dedicationis Collegiatae Crusviensis sollemniter celebratur. Idem quippe populus, alioqui numerosissimus, iisdem ipsis diebus vota primum devotionis et orationis in Piaski, tandem vero Crusvicii persolvere consuevit. Incorporata haec ecclesia Collegio Vicariorum aliquando fuisse fertur; unde et filia Crusviensis nuncupabatur. De privilegio tamen ullo huius incorporationis non constat. Tum vero negligentia Vicariorum Crusviensium et quaerimoniae Rev. Dnum Episcopum feliciter modernum eo adegerunt, ut parochum legitime institutum ac residentem, ei ecclesiae praeficerent, uti et praefecit.

Structura templi lignea, lignis parietalibus magna iam ex parte putrefactis. Sartum tamen tectum servatur, quin et intrinsecus cum tabulato superiore depictum conspicitur. Altaria duo habet adornata cum portatilibus integris. Ciborium et baptisterium sub clausura, quorum et munda curatio. Sacrarium rimis multis obnoxium, nec bene munitum. Coemiterii septa adhuc imperfecta, ipsumque coemiterium non congruum adeo, ut ascendentibus templum molestiam praebet. Vestibula templi 2, sed stabulis vel caulis similia, quisquillarum omnia plena. Monitus parochus, ut ornatus serventur. Templi pavementum nudum ac proinde sordidum. Campanile templo contiguum. Ossorium bene tectum. Sacrarium et templum ipsum tantummodo seris pensilibus clauduntur.

Bona Ecclesiae. Haec ecclesia ex fundatione habet agri certam portionem seu potius praedium inter haereditates Maszenicze et Maszonki situm, quod ab annis fere 20 Dni Maszenszczy, haeredes in Maszenicze, violenter occuparunt ¹⁾. Conseritur hoc praedium

¹⁾ Nihilominus pusto leży ta rola.

anno quovis primo et secundo, at tertio quolibet vacat. Praedium Canonici Crusviciensis fundi Wola, attingit limitibus suis villam Piaski, ex eo Domini Piaskowscy coniecturam faciunt, hoc praedium fuisse et esse plebani proprium. Sed revera dicunt tantum et nihil probant. Usus quippe antiquissimus diversum arguit, quin et vim legis habet.

Domus plebanalis inter domos hortulanorum vere hortulanica, cuius artium sub dio, hypocaustulo tamen contecto. Ei adiacet hortulus sulcorum 6. Area haec versus viam regiam protendebatur, at eam ex antiquo impietas haeredum suam fecit, et hortulanos in eo locavit. Est item hortulus plebanalis extra villam Piaski, in ipsis limitibus praedialibus villae Wola, qui olim fuit vicarii Piascensis proprius. Hunc desertatum arendatores praedii, coloni de villa Wola, ab annis 20, vendiderunt cuidem hortulano dicto Czygan, pro tribus tunnīs cerevisiae, qui et hactenus eodem iure ab emptore alio possidetur. Hic hortus stadii unius, sulcorum 9 ¹⁾.

Ad hanc pertinent decimae. Inprimis post agros praediales canonici fundi Wola decima manipularis, taxari potest ad marcas 20, sed coloni de Wola eam tantum 13 flor. redimunt ²⁾. Item villa Wola mansos habet in universum 24, vel ultra, et unum scultetum; ex quorum singulis emetones praestare tenentur per unum coretum siliginis mensurae cuiaviensis. Sed defraudatur hac in parte parochus; licet tamen aliqui colonorum plures mansos passideant, tamen non magis, quam 1 coretum pendunt. Item villa Bacharcie mansos possidet 21, ex quibus conferunt coloni parochi per cor. 1 siliginis mensurae eiusdem ³⁾. Item ex Pieczki maiori coloni ⁴⁾ ex singulis mansis taxam parochi dant per 1 coretum siliginis et per 1 cor. avenae

¹⁾ Teraz krawiec Rychlik Waclaw trzima.

²⁾ Theras 7 grzywien daja.

³⁾ Nihil dant.

⁴⁾ Nic nie daja. Szliachta nie daje nic, choé spustosziwsi chlopi the rolę orza.

mensurae cuiaviensis. Praeterea, ratione agrorum praedialium, conferunt iidem coloni 6 cor. avenae. Item decima in Piaski post agros emetonum et praediales manipularis, scilicet anno uno ad Crusvica et altero anno pro parochia, sed nihil datur. Item ex villa Wróble post agros praediales pecunia pacta redimebatur, at nunc nihil solvitur. Antiquae revisiones, quibus fides indubitata datur, ita habetur: Piaski iuspatronatus Dominorum Viccariorum ecclesiae Collegiatae Crusviciensis tituli S. Joannis Baptistae et S. Dorotheae. Piaski et Maszenicze 12 marcas, medietas plebano caedit et medietas vicariis Crusviciensibus. Wola, quae consipositiones siliginis dat 12 cor., Bacharcie siliginis 21 coretos. Columbatio 1 marca. Haec ibi.

Villae parochiales. Piaski, Wola, Bacharcie, Maszenicze, Maszonki, Tarnowo, Krery. Pieczki maior et minor, Skotniki minor. Wróble ¹⁾; haereticos fovet haec parochia. In Piaski residet quidam Zorzewski arendator, anabaptista cum tota domo sua; item Ostromezki; item Georgius Piaskowski; et in Maszenicze Domina Maszenska ²⁾.

Parochus. Relatum est Visitatori, quod quilibet vicedecanus Crusviciensis titulo parochi gaudebat antiquitus, quo defuncto, alius succedebat parochus inde petitus, qui vel vicarium substituebat, vel ipsemet per se ecclesiam regebat. Ad praesens plebanus V. Joannes Głowacius dioecesis Wladislaviensis, actu presbyter, formatas habens, anno superiore legitime a Rev. Dno Gardliński Officiali Generali Wladislaviensi institutus; idemque a festo S. Michaëlis anni 1598 residens ³⁾. Pauperimam hic vitam agit ac omnino inopem. Sacerdos alioquin probus, modestus, discretus ac doctus, vix sua sorte contentus ac ne contentus

¹⁾ Nulli haeretici in parochia.

²⁾ Nie masz nic.

³⁾ Commendarius V. Joannes a Strzelno. Commendarius V. Valentinus Deszinski habet commendam et indultum a Rmo ad decursum unius anni, de data 20 mensis Augusti 1611.

quidem. Redditum suorum anni praesentis tantum flor. 30 numerat. De reliquo stipe emendicata cum puero et famula, sua propinqua, sustentatur. Habet magistrum scholae uxoratum, absque cantore; quem tamen interdum in canendo iuvant hortulani duo¹⁾. Diebus dominicis cantatum sacrum, Matutinae tantum solennioribus festis, cum Vesperis²⁾. Diebus festis lecta tantum, rarius cantata, eo quod nemo fere tam parochianorum venit ad ecclesiam. Si tamen 5 vel 6 adfuerint, canitur Missa; adeo in oblivionem religio devenit. Decalogus canitur. Bogarodzica rarissime. Metriculae notantur. Banna praemittuntur. Casus reservatos novit et in iis se exercet parochus. Tonsuram et habitum clericalem deferunt.

Victrici. Victrici duo de Baeharczie. Cum tabula nunquam obambulant. Contenti oblationibus, quae a vulgo diebus, maxime dominicis novis, offeruntur per modum cereorum. Ex hac cerea oblatione non participat plebanus, alioqui pecuniaria, quae permodica est, ipsi deservit. Rationes accepti et expensi sub hoc parochio notantur. Vinum, thus, cera, fabrica ecclesiae et alia omnia necessaria, per victricos procurantur. Rationem ab eis exigente parochio³⁾.

Notandum. Festum S. Dorotheae et Dominica 2 Paschae et dies festus S. Joannis Baptistae dant oblationem per flor. 10 et ultra. Unde pecunia annis superioribus multa fuit collecta, excedens summam 100 flor. At per victricos partim colonis, partim Dominis haeredibus mutuo data. Reddiderunt nonnulli partem mutuati. Restant adhuc in debitis iuxta registra, quae asservantur, flor. fere 70. At debita haec nemo exigit prorsus. Victrici pro campana reparata

1) Rectori scholae kopę y 12 grosi y żyta korzec.

2) Mieszpori nie bywa; procesye nie bywają według processu.

3) Albertus Bolla z Woli wityrkusz, poddani X. Zadzika, pożyczył 9 flor. swemu panu Piotrowi Meszińskiemu. Pan Piaskowski Wawrzyniec darował 1611, 100 flor. kościołowi, które ma prawem wiciagać pan Stanisław brath yego.

exposuerunt anno superiore flor. 37. Et in paratis vix habent flor. 3. Fraternitas omnino, si qua fuit nusquam, exstincta.

Inventarium Ecclesiae. Calices 2 argentei, quorum alter absque patena, totus inauratus. Crux non habetur. Est tamen pacificale argenteum orbiculare cum Reliquiis Sacris ¹⁾. Reliquiarium positum in altari maiore, at maiori ex parte Reliquiis cassum. Monstrantia ex orychaleo. Arca Ven. Sacramenti cuprea, in qua vasculum Sacramenti argenteum. Chrysomale stanneum. Ampulae 2 stanneae. Thurribulum cupreum. Cassula ex procedella flava cum violaceo, solennis, cum pertinentiis. Cassula ex adamasco viridi, cum cruce ex triua aurea, et pertinentiis. Cassula ex atlaso cerulei coloris, cum suis apparamentis, crucem habens latam, figuris et auro textam. Cassula ex veluto viridi cum cruce lata auro texta et attinentiis. Cassula ex czambeletto undulato nigri coloris, sine attinentiis. Cassula item ex czambeletto nigra, paulo vilior. Cassula rubei coloris maculosa cum cruce, absque apparamentis. Item duae aliae veteres nullius propemodum usus. In summa albae 4. Pluviale 1 viride ex muchaiero. Antependia 5, quorum tria potiora ex czambeletto rubeo et nigro. Est item culcitra stragulata, duobus nuper taleris pro antependio empta. Pellae 15. Mantilia 12; telae tenuioris mantilia 16. Szerzynka nulla est. Velum pro calice 1, at mutuo aliunde petium. Corporalia 3. Pallae 2. Purificatorium 1. Superpelliceum 1. Candelabra 4 stannea pro altaribus. Vexilla 6, quorum duo maiora, potiora, ex serico simplici. Caldaria 2. Lagena stannea. Tectorium pulpiti non est. Campanae 2 et signans 1. Tintinnabula 2. Serae pensiles 3. Cistae in sacrario 3, quarum prima ferro munita. Velum quadragesimale. Imago Crucifici habetur. At imago Resurrectionis non habetur.

¹⁾ Ałye kryształ woskim przylepiony, by nie wipadł.

Libri. Missale Romanum, aliud Gnesnense in folio. Breviarium antiquum Wladislaviense ¹⁾. Agenda Gnesnensis vetera, Graduale, Antiphonarium, Psalterium, turpiter lacerata et mutilata, vix haerent.

B y t h o m.

Villa regia, capitaneatus Radzieiowiensis, possessor cuius ad praesens ²⁾ Dominus Bojanowski. Ecclesia parochialis tituli S. Jacobi Apostoli, incorporata ecclesiae Lubranensi, unio habetur in actis Consistorii a. D. 1516. Templum muratum ac sartum tectum, latericia tegula contextum. Ciborium et baptisterium sub clausura. Altaria 3 adornata, cum portatilibus. Coemiterium non circumseptum. Ossorium caret tecto. Sacristia corrui ³⁾. Campanae ex trabe ad parietem dependent 2, signans campana 1, tintinnabula 3.

Dos Ecclesiae. Dos ecclesiae huius una cum decimis ac aliis redditibus est sufficienter in descriptione ecclesiae Lubranensis expressa, sub decanatu Braestensi. Eo se conferet qui volet.

Appendix. Hortus est plebanalis ad ecclesiam stadii unius usque ad lacum, latus sulcos 24. In lacu tractura una sagenalis, versus hunc hortum ⁴⁾. Hortus hic desertus, incultus, non circumseptus. Area plebanalis vicina curiae, cuius partem latam sulcos 7, vel ultra, septis suis ab annis tribus, curia violenter occupavit et possedit, connivente, ut aiunt, V. Ambrosio Lubiszewski praeposito olim Lubranensi. Domuncula plebanalis angusta, sola nuda manet, quam inhabitat vicarius. Schola collapsa, area sola manente, magister scholae ruri habitat.

¹⁾ Do Radzieiowa wzięło Agendę nową, a starą dano.

²⁾ Pan Podkanclerzy.

³⁾ Nova lignea.

⁴⁾ Utuntur hoc iure.

Parochus. Idem qui Lubranensis Praepositus, ad praesens nomine commendae regit ecclesiam quidam V. Albertus, formatas habens. Intra visitandum absens fuit ab ecclesia, uti et scholae rector, ex victricis tamen cognitio omnium habita est. Relatum est, hunc Commendarium carere commenda. Porro non bene audit hic sacerdos. Inquietus, litigiosus, percussor et quasi vertigine capitis laborans, omnia sua interdum lacerat, pessundat, libros, cervicalia in fornacem proiicit ardentem. Cocticem suam pulsat, compedibus vincit, adurit etiam ipsam igni, profuga haec aliquoties, at eam tam diu per villas et oppida perquirat donec inveniatur, inventam reducit. Scandali haec plenissima omnia. Mores istius novit optime plebanus Bronislaviensis. Ludirector solus est ad ecclesiam uxortus et absque cantore et absque ministrante. Missa cantata diebus dominicis et festis, sine Matutino et Vesperis, lecta nunquam, nisi forte festum aliquod occurrat. Sacramenta tempestive et gratis administrat. Decalogus canitur et Bogarodzica. Banas praemittit. Habitum et tonsuram gerit. Non inductus et talentum in concionibus habere perhibetur.

Inventarius Ecclesiae. Calices 2, alter argenteus, totus inauratus cum patena, alter cupreus. Monstrantia cuprea, uti et pixis Ven. Eucharistiae Sacramenti. Chrismale stanneum ¹⁾. Ampulae stanneae 2. Thurribulum cupreum. Tobalea 2, pro ciborio et ambona. Cassulae 15, pluviale 1, albae tantum 4. Antependia 6; pellae 15; mantilia 18; rąbków 12; szerzynki 9 elegantes; corporalia 2; custodiae 3; vela pro calicibus 5; vexilla 6. Superpelliceum 1, tapes 1, scrinia 2, quorum alterum ferro munitum. Serae pensiles 5; caldaria 3; candelabra 2 cuprea, reliqua ferrea; lagenae pro vino. Velum quadragesimale non habetur. Missale Romanum et Gnesnense. Graduale, Antiphono-

¹⁾ Crux nova argentea deaurata, per Dominum Jacobum Pstrokoński comparata. Ornaty 4: czarny axamintny, pstry kamchowy, czerwony adamaszkowy, lazurowy axamintny.

ryny
narium, Psalterium, non habet ecclesia. Unde magister scholae vel tacet, vel memoriter ridiculus aliquid boat. Agenda similiter non est. Libellum scriptum habet, quo utitur Commendarius.) *Spacia*

Victrici: Victrici 4, duo de Bythom, tertius de Nasilowo, quartus de Nagibalice. Tabula est eis in usu. Regestra non scribuntur, nec ad calculum victrici a quoquam vocantur, nec vocati unquam. Omnia tamen necessaria provident, ceram, thus, vinum, fabricam et reliqua. Dominus Stanislaus Niegibalski, vir catholicissimus, huius ecclesiae parochianus, superintendens omnium in ecclesia, nec absque illius scitu, consilio, nutu, assensu, victrici quicumque aggredi vel attentare praesumunt. Fraternitas nulla est, fuit aliquando.

Withowo.

Villa Reverendissimi Domini Episcopi Wladislawiensis. Ecclesia parochialis tituli S. Andreae Apostoli, collator Reverendissimus. Festum Dedicacionis Dominica 1 post S. Michaëlis. Exemplar nullum est indulgentiarum, nec foundationis, pro festo tamen S. Andreae patroni, frequens devotionis causa visitat ecclesiam hanc populus. Templi structura lignea et sarta tecta, una cum campanili et ossorio. Pavimentum tamen nudum et arenosum. Altaria duo cum suis portatilibus integris et tabulis recens impensis Domini Plebani depictis. Ciborium in altari maiori decens ac nitide curatur, sub clausura uti et baptisterium¹⁾. Liquores sacri ex Wladislavia sumpti. Sacrarium noviter per D. Parochum exstructum lignum; coemiterium circumseptum et clausum²⁾. Clausura templi et sacrarii gemina ac proinde firma. Est sacellum ligneum ad dextram situm, cum altari neglecto, non dotatum, ex antiquo tantum una cum templo ipso exstructum. Ad praesens omnino neglectum.

¹⁾ Liquores in ciborio serravit hactenus.

²⁾ Nihil minus.

Dos Ecclesiae: Dotis habet agri mansos duos, in omnibus tribus campis, inter agros emetonum sitos; mansus salcorum 10. Prata item in omnibus campis eisdem agris connexa. Et rubeta quaedam iisdem agris opposita versus Sabłok. Hos agros ipsemet per familiam suam excolit plebanus. Area plebanalis totam fere ambit ecclesiam, hoc est e regione templi meridiem versus domus est plebanalis, satis commoda, cum duobus hypocaustis, caulis, stabulo, forestis, allodiis duobus et horto, quorum omnium cura diligens. Retro templum est domus ampla, quam scholae rector et duo hortulani plebanales inhabitant. Ex altera templi regione domuncula pro vicario, ab eodem plebano in fundo ecclesiae exstructa ¹⁾.

Decimae hoc modo infrascripto: Decima ex praedio Witoviensi manipularis, quam parochus ex omni grano utriusque crescentiae quotannis decimat ²⁾. Item decima Pezenino maior, post agros praediales, quae redimitur per Dominum Psezinski flor. 3. Item decima Pszczenino minor, villae regiae praedialis, tenuta ad praesens Domini Lucae Mielzynski, pro qua in foro fori agit plebanus ³⁾. Item decima Lubszyno tam ex agris praedialibus, quam emetonibus: ob decimam raptam, emetones hi sunt ab annis aliquot censurati ⁴⁾. Item decima Powalkowice maior, post agros emetonum et praediales, non solvitur. Item decima Szemszyce nobilium, post agros emetonum et praedii, non solvitur. Item decima Szemszyce, itidem nobilium, post emetones et praedium, non solvitur. Decima Tehorzewo praedialis, non solvitur. Decima Powalkowice minor praedialis, non solvitur. Decima Sabłok minor, praedialis, non solvitur. Decima Sabłok maior, etiam praedialis, non solvitur. Post agros vero emetonaes deservit decima manipularis Ca-

¹⁾ Na plebanii urodzi się plus minus 40 vel 50 kop.

²⁾ Plus minus 14 kop.

³⁾ Non solvuntur.

⁴⁾ Videnda excommunicatio et absolutio, non erant nuntiati.

nonico Crusviciensi fundi Sabłok, quam cmetones redimunt marcis 4. Et ex praedio Domina Lasocka vidua, quotannis pendit parcho Vitoviensi cass. 1 siliginis et alteram cass. avenae ¹⁾). Decima Drwalewo praedialis, non solvitur. Decima Falczewo praedialis, non solvitur. Decima Poszykowo praedialis, alternata cum Izbica, non solvitur. *Notandum:* Ante annos 50 Reverendus Duchnicki, canonicus Wladislaviensis, idemque plebanus Vitoviensis (quod adhuc nempe tenetur memoria recenti superstitem colonorum) has omnes decimas supradictas decimabat.

Villae parochiales. Witowo, Falczewo, Pezenino maior et minor, Szemszice ambo, Powalkowice ambo, Szabłok ambo, Czarnoczyce, Tchorzewo, Drwalewo et molitores 2, Gaska et Torunczak. Haereticos nullos habet haec parochia, olim perplures fuerunt; confitentur omnes pro paschate ²⁾).

Parochus: V. Matthaeus Huminski, idemque canonicus Crusviciensis fundi Szabłok, ab annis 18 legitime (1583) investitus, non residens, frequentius tamen ecclesiam visitans. Bonus agricola ac diligens pater familias; pecoribus, et pecudibus omnis generis abundans, nec in procurandis ecclesiae necessariis piger aut segnus. Celebrat divina officia in sua parochia, concionatur interdum, ecclesiam committit regendam vicario, Stanislawo a Lubomin ³⁾, actu presbytero, qui et formatas habet et commendam. Modestus hic, pudicus, sobrius ac vigilans, Breviarium Romanum habet et Rubricellam, tonsuram et habitum clericalem gerit. Confitetur plerumque Radzieloviae, vel aliis vicinioribus. Parochus duas ancillas in domo parochiali fovet et matrem familias non habet. Palea et ignis.

Cultus divinus. Diebus dominicis et festis Missa cantata cum Vesperis utrisque. Diebus tamen solen-

¹⁾ Nihil nunc solvitur, mortua haec vidua, quia filius haereticus.

²⁾ Sed non habet certum modum cognoscendi hoc.

³⁾ Simon a Szawłowice.

nibus, adduntur etiam horae matutinae. Ad ecclesiam manet magister scholae cum cantore ¹⁾ et scholaribus. Catechismus non recitatur ²⁾. Decalogus et Bogarodzica canuntur. Metriculae notantur utraeque. Bannae et sacramentum poenitentiae praemittuntur. Extra ecclesiam non copulat sacramentaliter. Gratis et maturae conferuntur sacramenta ³⁾. Pro augariis quater in anno Vigiliae cum Missa pro defunctis haberi consueverunt ⁴⁾. Raptores decimarum communiter absolvuntur, tam emetones, quam nobiles. Conventus ex parte decimarum nulli pro parochianis facti, in scripto scilicet. Cereus infra divina ardet. In summa datur opera, ne ulla in divinis negligentia turpis committatur.

Victrici: Victrici seu aeditui tres: duo ex Witowo, tertius e Pszczenino Erasmus. Collectas faciunt et expensas. Rationes tamen nec notant, nec faciunt cuiquam. Iniunctum plebano, ut Regestra scribantur. Ceram et thus et munditiem vestimentorum procurant victrici, vinum et fabricam ipsemet parochus. Quamquam in defectu etiam victrici vinum suppeditant. Pro oblatis farina ostiatim emendicatur. Interdum parochus elargitur e penu suo. In paratis habent circiter 2 florenos. Fraternitas an fuerit aliquando, effugit memoriam hominum. Hospitale non est. Pauperes tamen circa ecclesiam commorantur septem.

Vasa et ornamenta: Iuxta inventarium oblatum, revisio facta talis: Calices argentei duo cum patenis, quorum unus nuper per Dominum Plebanum moderum flor. 30 comparatus, intrinsecus deauratus. Crux parva cuprea cum Reliquiis. Iam vero pro argentea

¹⁾ Habet duas marcas, dat Rectori unam Magistratus, a 25 annis penes ecclesiam habitanti.

²⁾ Quia vix duo sunt pueri.

³⁾ Ante annos 3 vel 4 Stanislaus Commendarius sine banis et in domibus privatis sacramenta administrabat.

⁴⁾ Nihil minus.

cruce comparanda pecunia a piis parochianis coacervatur ¹⁾. Pacificale nullum est. Monstrantia orichalcea ²⁾. Pixis pro Ven. Sacramento nulla est. Proinde V. Eucharistiae Sacramentum in scatula conditur, sacculis lineis involutum. Chrismale stanneum. Ampulae 6 stanneae. Thurribulum cupreum; caldaria 3. Lagena pro vino stannea ³⁾. Cassula ex adamasco albo, cum cruce ex trina aurea et attinentiis. Cassula ex adamasco rubeo, cum apparatu toto. Cassula ex atlaso rubeo, cum cruce veluti, et apparatu integro. Cassula ex medio hatlaso coloris viridis cum cruce lata, figuris et auro intexta, cum pertinentiis. Cassula nigra non est. Restat necessario comparanda. Pluviale ex muchaiero viridis coloris cum colari violacei coloris. Usus eiusdem tam pro solemnitate, quam in quadragesima. Antependia 4, stragulata 2 et duo de muchaiero. Pellae 20. Manuteria 18. Rąbki 3 ⁴⁾. Tobalea pro ambona 1. Papilio pro ciborio velando. Szerzinki 4, quarum duae filo sericeo rubeo, et duae nigro acu pictae. Vela tria pro calicibus, unum ex tapheta, secundum ex serico simplici viride, tertium lineum album, quartum nigrum. Corporalia 4. Pallae 5. Bursa pro deferendo ad aegrotos Sacramento cum tintinnabulo. Superpellicea 2. Candelabra 4, quorum duo lignea, aurea spuma colorata pro altari maiore, et duo stannea pro minore. Ceroferaria duo similiter auro colorata. Vexilla 4 potiora, et duo vestustiora. Pannus duplex rubeus et niger pro gradibus altarium duorum cooperiendis, recens. Item, pannus rubeus pro velandis palpitis maioribus. Campanae in campanili duae, signans una, campanulae 4. Serinia duo in sacrario, ferro armata et clausa. Serae pensi-

Szerzinki

¹⁾ Iam est comparata.

²⁾ Non tuta, nec apta.

³⁾ Casula chamchowa od pani Psciński, złotem pasamentem, color żółty z modrem.

⁴⁾ Cassula dzika chatłasowa, stara, bez aparatów. Cassulae duae viridis materiae, jeden muchaierowy ze złotem pasamentem, drugi póładamaszek z krzyżem z pasamentem złocistego.

les 4. Velum quadragesimale lineum, novum, nigri et albi coloris. Imago Resurrectionis non habetur. Admonitus plebanus.

Libri. Missalia Romana duo, maius et minus, quorum maius aere plebani comparatum, et antiqua Missalia 5. Agenda Guesnensis et altera sacramentalis Wladislaviensis. Item antiquae Agendae tres. Gradualia tria in parvo opere. Antiphonarius unus. Psalterium non est, at sunt duo Breviaria antiqua Ecclesiae Wladislaviensis. Postilla Wuiecii polonica minor per D. Plebanum comparata: praeterea nulli alii, praeter quosdam manuscriptos.

P ł o w c e.

Villa Mfci palatini Braestensis Lesczinski. Olim regia fuit. Ecclesia tituli S. Matthaei seu Mathiae, parochialis. Iurispatronatus Regiae Maiestatis. Lignea, antiqua, cum porticu noviter exstructo. Stillat multis locis. Altare maius habet tabulas eleganter depictas cum portatili integro. Ciborium elegans et depictum. Coemiterium non circumseptum. Campanile desideratur. Ciborium et baptisterium sub clausura, munde servantur. Liquores sacri in vasculis stanneis.

Et notandum. In hac villa, oraculum inprimis erexit Rev. Mathias episcopus Wladisl. anno Dni 1331, ad contegenda ossa Cruciferorum, per Polonos in praedicta villa occisorum. Successu temporis idem oraculum ampliatum et dotatum: Non resarcitur.

Dos Ecclesiae. Haec ecclesia dotatas habet agri laneos quatuor, singuli sulcorum 10, situatos inter agros praediales et cmetonales, idque in omnibus tribus campis, quos Mfcus Palatinus Braestensis pro suo praedio conversos excolit, Vicario ecclesiae annui salarii solvens fl. 20, et rectori scholae marcas duas. Sunt item additamenta in omnibus tribus campis, quae licet non sint praedio contigua, a Curia tamen consequuntur et possidentur, cum pratis omnibus contiguis. Primum additamentum Psczenino versus, duorum sta-

diorum, sulcorum 12. Secundum versus Kłonowo, stadiorum quatuor, sulcorum 15. Tertium versus Latkowo trium stadiorum, sulcorum 15. Item, ex opposito ecclesiae, occidentem versus, area plebanalis deserta, in qua olim domus fuit plebanalis, cum caulis, forestis et horreo. Haec area sita inter cmetonem Maślanka dictum, et inter aream praedialem seu curiam ipsam. Est ibidem hortus hanc aream concernens plebanalis, cuius longitudo stadii unius, latitudo sulcorum 30, vel ultra, quem pro usu suo arendarius Dni Palatini excolit. Item, in medio villae est domus, quam modernus Vicarius inhabitat, a generosa Dna Zophia Leszeinska marcis 12 apud propinquos cuiusdam demortui fabri pro ecclesia empta.

Est item schola e regione templi modica.

Decimae. Decima debetur Rmo Episcopo Wladislaviensi post araturas cmetonum dictae villae Płowce, qua ratione in libro beneficiorum et registro proventuum episcopalium, reperitur anno 1582.

Plebanus duas tantum decimas habet manipulares, scilicet in villa Piolunowo, et in villa Latkowo, quae nemini solvuntur. Sententia de hac decima in actis Consistorii Wladislaviensis habetur anno Dni 1403 *). Piolunowo villa regia, quam D. Mielzinski violenter percipit.

Villae parochiales. Płowce, et Latkowo. Latkowo nobilis D. Ruskowski.

Parochus. Annus 30 est circiter, ex quo ultimus et immediatus ad hanc ecclesiam sedit plebanus, quo defuncto, agri occupati, ecclesia per haereticos devastata, a ministris tribus haereticis diu mansit possessa; quibus abeuntibus, stetit desolata; post catholicae religioni, adnitente inprimis generosa Dna Zophia Leszeinska, restituta, pro cuius ornatu eadem multa contulit.

*) Libri hi actorum Consistorii, ut ex hac relatione patet, post an. 1582 sunt deperditi, iam enim non reperiuntur in archivo Capitali.

Ad praesens Commendarius ecclesiae huius Thomas de Iunivladislavia, actu presbyter, formatas habens, at commendam non habet. Omnium hic in curanda ecclesia negligentissimus. Ludirectorem habet uxoratum, rusticum, cum adultis liberis, aequè negligentem, et qui iussa Commendarii minus curat; absque Cantore et scholaribus.

Diebus dominicis et festis sacrum cantatum. Lecta feria sexta tantum. Vestimenta ecclesiae sordida, et vix aliquando lota. Cassulae incompositae ac sine ordine proiectae. Metriculae non scribuntur baptisatorum et contrahentium. Confitentur in paschate parochiani; alias rarissime ecclesiam adeunt: parochiam exiguam dicit, in causa esse, Commendarius. Decalogus et Bogarodzica canuntur. Bannae et communio sacra ante contractum matrimonium praemittuntur.

Supellex Ecclesiae. Inventarius non est conscriptus, nec ulla Commendario de eo cura: quid, inquit, ad me? Revisio facta:

Calix argenteus 1. Crux argentea cum sede cuprea. Monstrancia cuprea. Pixis Ven. Sacramenti stannea. Thurribulum cupreum. Chrismale stanneum. Cassula e kamcha flava solennis, cum apparamentis. Cassulae praeterea duae viliores. Pluviale antiquum laceratum: prohibitus Vicarius ne eo utatur amplius. Antependium adamasci rubei cum kitayka viridi per columnas; alia duo viliora. Pellae 12. Mantiliae totidem et minora 4. Superpelliceum unum, vetus. Szerzinka una, nigro serico picta. Velum kitayki modrey pro calice. Corporale unum. Custodia una. Ampulae stanneae 4. Vexillorum tria paria, quorum duo recens empta. Caldaria 2. Lagena pro vino. Culcitrae duae, quarum una bombycina nova. Serinium unum in sacrario, munitum. Serae pensiles tres. Velum quadragesimale lineum. Imago Crucifixi. Imago Resurrectionis non habetur. Campanae duae, signans una, tintinnabulum unum.

Libri. Missale Ordinis Praedicatorum. Agenda Cracoviensis. Gradualis reliquiae tantum dispersae.

Antiphonarium et Psalterium non sunt. Postilla Jacobi Wuieci polonica maior, dominicalis.

Victrici. Victrici duo ex villa Plowce. Tabula in usu. Regestra non scribuntur, nec cuique ratio redditur. Vinum, thus, ceram, fabricam et reliqua omnia, provident victrici. In paratis habent fl. 5. In debitibus sunt floreni aliquot, qui non extorquuntur, quin et regestra deperdita: victricis et Commendario omnia postponentibus. Misera et afficta isthaec est ecclesia. Apud Pika oppidanum Radzieiowiensem sunt fl. 40, a Sebastiano Gappa ex Latkowo pro cassula emenda, legati.

Et ne laude ac commendatione debita generosa Dna Zophia Lesezynska, Mfei olim Dni Opalinski marchesalei filia, defraudetur, notandum est, eam haec pro ornatu ecclesiae comparavisse, scilicet: Calicem argenteum in parte deauratum, cum patena; crucem argenteam cum pede aereo deargentato; antependium adamasci rubei et serici viridis per columnas; cassulam ex procedella flava seu kamcha; ciborium, et ambonam, et nonnulla alia.

B y c z i n a.

Villa Reverendissimi Dni Episcopi Wladislaviensis. Ecclesia parochialis tituli S. Hedvigis et Alexii. Jurispatronatus solius Rmi Domini Wladislaviensis. Dedicacionis anniversarius prima Dominica post Michaelis. De litteris erectionis non constat. Indulgentiarum exemplaria tria authentica: primum exemplar sigillorum novem episcopalium, indulgentias continens sigillatim dierum 40, de data Cracoviae 1530 an. Secundum exemplar itidem sigillorum septem episcopalium, dierum 40, de data in Piotrkowo anno Dni 1409, pro festis et aliis quibusdam plurimis, uti inferius. Tertium exemplar sigillorum quinque, primum est Cardinalis Marci Romanae Ecclesiae presbyteri et Patriarchae, dierum 100; reliqua Episcoporum, dierum 40, de data Nissae anno 1476, donatae

vero pro die festo Assumptionis BMV.. S. Stanislai, S. Alexii, S. Hedvigis, ac Dedicacionis Ecclesiae, et aliis quibusdam: quarum tamen usus iam obsolevit, et plane sepultus est.

Excitata etiam olim fuit in hac ecclesia per Reverendissimum olim Episcopum Wladislaviensem Drzewicki *Fraternitas Sanctae Hedvigis*, zelo certe bono ac pio, cuius et origiuale, sed sigillo iam avulso, in ecclesia asservatur. Usus etiam huius omnino exstinctus ¹⁾. Nonnulli tamen parochianorum, pro usu antiquitus recepto, ratione huius fraternitatis conferre soliti sunt quotannis gr. 1, ad manus victriorum. Ex qua collecta necessaria ecclesiae vel maxime providentur ²⁾. Templi structura antiqua, lignea, et ut sarciatur indiget. Campanile plane labile, fulcris sustentatum. Lateres cuius asseribus essent muniendi. At victrici causantur inopiam. Supplicat Reverendissimo Domino, uti asseres suppeditare dignetur, iuxta quod et pollicitum meminerint. Ossorium sarciendum. Coemiterium circumseptum ³⁾. Interius ornatum et lapide cocto in choro minore stratum. Chorus maior arenosus, in quo et subsellia ad flectendum desiderantur. Altaria 2 murata, cum portatilibus integris. Ornata eadem. Ciborium et baptisterium decenter servantur, cum clausura. Liquores sacri ex Wladislavia. Clausura templi et sacrarii firma. Incorporata fuit haec ecclesia olim Psalteristis ecclesiae cathedralis Wladislaviensis, quod certe ansam praebuit extinguendae in ea non devotionis solum, (quippe ob frequentem sacerdotis absentiam, alio se parochiani conferebant), sed et evertendae foundationis.

Dos Ecclesiae. Pro dote habet mansum 1 agri in omnibus tribus campis, mansus continens sulcos 12. Prata sunt annexa eisdem agris. Est etiam particula agri et vocatur klin, stadii unius, sulcorum ferme 30,

¹⁾ Niemasz już tego tam privilegium.

²⁾ Est hoc in praxi.

³⁾ Indiget reparatione.

in campo versus Bodzanowo. Porro in his agris ex antiquo locati sunt duo emetones, subditi parochi, qui et aream plebanalem occupaverunt et arant divisim per 6 sulcos agri, censum persolventes parochi per 6 fertones. Decimam eidem manipularem conferunt et servitia nonnulla, maxime quae ecclesiam concernunt, praestant. Omnia haec sub Chroslin plebano redimebant flor. 16 ¹⁾. Domus plebanalis vicina praedictis emetonibus, antiqua, angusta et sordida, cum horto stadii unius, sulcorum ferme 40, in conum desinens, conseritur a parochi. E regione templi sunt duae domunculae pro ludimagistro, at maiori ex parte iam convulsae, tecto lacero.

Decimae huc pertinent. Decimae villae Czolpino manipulares, post agros emetonum ²⁾. Haec villa fuit regia olim, uti et Płowce, quam etiam palatinus Braestensis possidens, nihil solvit. Decima Bielino post agros emetonum et praediales, non solvitur. Decima Nagorki praedialis, non solvitur. Dominus tamen Zagaiewski e praedio suo aliquid parochi pendere consuevit ³⁾. Decima Latkowo nobilium, non solvitur. Decima Klouowa maior, non solvitur, praedialis. Decima Klonowko, non solvitur. Decima Szczebietowo non solvitur. Decima Pilichowo praedialis, non solvitur. Decima Kwilino, non solvitur. Decima Szalunki praedialis, non solvitur. Hae omnes decimae manipulares, a multis retro annis non penduntur. Plebanus loci pro eis supplicabat haecenus, at cum nihil proficeret, silentium sibi indixit.

Villae parochiales: Byczyna, Szczebietowo, Bieganowo, Kwilino, Kłoniewo, Kłoniewko, Pilichowo, Szalunki, Bodzanowo, Ułomie, Nagorki, Piolunowo. Haereticus in parochia Dominus Albertus Głębocki, praeterea nemo. Confitentur omnes parochiani pro festo

¹⁾ Teraz je arendarz pan Mielzynski okupował i robić sobie kazał.

²⁾ Non solvuntur.

³⁾ 2 beczki piwa.

s. paschae. Etiam vero huc accedunt quaedam villae profanatae parochiae Kościół, nempe Bodzanowko, Pocieryno, Bielino.

Parochus. Venerabilis Thomas Rabin ¹⁾, dioecesis Wladislaviensis, legitime ab annis octo a Reverendissimo feliciter moderno, ad hanc ecclesiam institutus, semper residens, cum ludimagistro et cantore et scholaribus paucis, cui marcas 2 pendit annuatim. Tenuem hic plebanus admodum habet provisionem, sorte tamen sua contentus. Sustentatur liberalitate parochianorum, tum etiam sibi cura rei familiaris prospiciens, petitam aestivo tempore emendicans. Initio residentiae ipsius mandaverat suis colonis Byczynensibus Reverendissimus Dominus, ut singulis annis loco petitae, per 1 cor. siliginis ipsi conferrent, quod tantum semel praestiterunt, postea vero retro abierunt. Formatas habet litteras, Breviarium item Romanum et Rubricellam. Visitor indicium sumpsit, eum fortasse horas canonicas non recitare, eo quod de penso diurno iam vesperi requisitus, rationem reddere nescivit, ignarus quid recitaverit. Inebriabatur fortasse, quippe usque ad noctem, olebat crematum. Dicitur, cognatam suam alere coctricem.

*Wiedruwaneni
na nieszpony*

Cultus divinus: Diebus dominicis ac festis cantata Missa cum concione, at sine Vesperis, ita ut ne pulsetur quidem pro Vesperis, qui abusus omnibus fere parochis villanis familiaris est. Corrigendum hoc Decanis ruralibus restat. Solennibus tamen diebus habentur Vesperae cum Matutinis. Lecta Missa tantum feria 6. Catechismus non recitatur. Decalogus et Bogarodzica canuntur ²⁾. Metriculae non scribuntur contrahentium matrimonium. Banna tamen et confessionis sacramentum praemittuntur. Raptores decimarum absolvit, nec retenta extorquet. Habitum et tonsuram clericalem gerit. Gratis sacramenta administrat. Lumen infra divina ministratur. Lustralis

¹⁾ Joannes ab Ostroważ, crematum olebat.

²⁾ Teraz nie.

aqua prae foribus cum aspersorio. In reliquis diligens. Mundities tamen vestimentorum nulla. Coargutus inde. Sed revera mos est omnibus parochis, ut semel tantum in anno vestes sacras idque pro paschate ablundas curent, cum tamen alii vix duas vel tres albas habeant. Admonendi per Decanos rurales elegantiae et mundiciei debitae. Tum vero iidem albas et superpellicia non sarciant, proinde tamquam larvae ridiculi et contempti incedunt. Haec notata restant corrigenda.

Supellex Ecclesiae. Inventarius non habetur in ecclesia, tanta parochi incuria. Calices 3 argentei, quorum duo inaurati cum patenis et quartus stanneus pro ablutione. Crux maior argentea cum flosculis argenteis deauratis. Crux minor itidem argentea cum basi aera. Pacificale orbiculare, argenteum, cum Reliquiis ¹⁾. Monstrantia argentea in parte deaurata cum Melchisedech. Arca Ven. Sacramenti lignea, cum vasculo argenteo ²⁾, ex parte deaurato. Chrismale stanneum, ampulae stanneae 2. Thurribulum cupreum ³⁾. Cassulae 2 rubri adamasci, sibi similes, cum crucibus latis per figuras, auro textis et attinentiis. Cassula serici duplicis maculosi, rubei, cum cruce figuris auro texta et pertinentiis ⁴⁾. Cassulae tres kamcheae, cum crucibus per figuras auro textis et pertinentiis. Cassula nigra ex czambeloto, cum apparatus. Cassula adamasci grisei coloris, sine apparatus. Cassula kamchea vetus, absque apparatus. Cappa ex hatlaso viridi. Cappa puniceae coloris pulwarstatowa, druga muchaierowa stara. Antependia 3, unum serici simplicis subnigrum, alias dzikie; secundum ex adamasco viridis et albi coloris per columnas; tertium ex muchaiero viridis et rubei coloris per columnas. Pellae 16, manuteria 18, rąbków 6. (Sze-

1) Perit.

2) Deaurato.

3) Indiget reparatione.

4) Biały adamaszkowy z pasamaem czerwonym; nowy za 20 złotych.

rzynki 3, prima zlotem wyszywana, secunda serico nigro, tertia alba linea. Iedwabnic 8. Mantilia parva 4. Vela pro calice 3, serici rubei 1, alterum telae subtilioris, tertium viride. Corporalia 5; pallae 5; superpellicia 3. Vexilla 6. Candelabra 4 stannea; caldaria 2. Lagenae pro vino stanneae. Gradus altarium nudi; panno rubeo maius altare tegitur. Stragula 2 pro formis (*lawki stare*), vetera. Campanae 3 in campanili, signans 1, manuales 5. Bursa seu crumena cum tintinnabulo pro Ven. Sacramento. Cistae 3 clausae in sacrario et quarta aerarii, omnes ferratae seu ferro munitae, serae pensiles 5. Velum quadragesimale lineum album. Ferrum pro pinsendis hostiis. Imago Crucifixi 1 et imago Resurrectionis habetur. Missalia 3: Cracoviense, Gnesnense et Wladislaviense. Agenda Sacramentalis Wladislaviensis, et duae antiquae ¹⁾. Graduale integrum, impressum, Antiphonarium integrum, Psalterium impressum, vetus at integrum. Liber notatus Passionum, praetera nulli.

Victrici duo de Byczyna; ceram, thus, vinum et reliqua provident. In paratis habent flor. 7, in debitis nihil. Pauperes in parochia commorantes, qui et ecclesiam saepius visitant numero 12 ²⁾.

Hic finitur Decanatus Radzieiowiensis.

Piotrkowo.

Wizja Lubuska
Ex Visitatione Reverendi Domini Lucae a Unie-iow Archidiaconi Wladislaviensis, ante quadriennium facta, talis inventarius Bibliothecae Piotrkoviensis ecclesiae depromptus est et hic necessario insertus. Cuius de verbo ad verbum talis tenor est: Mszalów dwa Gnieźnieńskich, jeden Crakowski. Item Agendy *26.*

¹⁾ Unum Romanum cum Agenda, item nova et duae antiquae.

²⁾ Ornatów starych 6, nowy biały 7-my. Obrusów 22, ornat teraz przybył zielony adamaszkowy.

3, Gnesnensis, Posnaniensis, tertia novae editionis. Item Gradual pargaminowy cały. Item Antiphonarsz pargaminowy. Item Officium Conceptionis pargaminowe. Item Psalterz Crakowski. Item dwa Mszały pargaminowe niespełne. Item Biblia Hieronymi. Item libri 4 Divi Augustini de Doctrina Christiana. Item Rationale Divinorum. Item Psalterium Passeris *). Item Auctoritates diversorum Doctorum. Item Breviarium Wladislaviense. Item Vitae Patrum. Item Sermones Leonardi de Ulano. Item Thesauri novi de tempore. Item Thesauri novi sermones, tam de Sanctis, quam de tempore, duae partes. Item Sermones Pomerii de Sanctis. Item Saxonia. Item Sermones parati de tempore et de Sanctis. Item Stellarum Corona benedicta pro singulis prodita. Item Successus de Sanctis Sermonum, scriptus. Item Catalogus SSor. Item Catholicon seu Universale vocabulorum. Item Breviloquus. Item Manipulus Curatorum. Item Summa Joannis Valerii. Item Summa Sylvae pars 2. Item Epithome conclusionum theologiarum. Item Joannis Eckii de supremo dominio. Item Formulare registrorum sive terminorum observandorum in Curia Romana. Expositiones omnium titulorum Juris. Sermones Quadragesimales, scripti. Almanach Joannis Stiskerii. Almanach variorum. Ephmerides Lucae Gavoiae. Postilla Friderici Nauseae.

Tricena harmonizacji

co to jest ?

Actum et factum in praesentia ut supra, generosis et nobilibus et aliis quam plurimis fide et honore dignis, feria 6 ante Dominicam *Ramispalmarum* nazajutrz po pogrzebie sławney pamięci Pana Bieniasza Piotrkowskiego, a to dla tego ucziniony ten Registr, ysz wszystka Paraffia zwierzyła się wszystkich rzeczy kościelnych, sławney pamięci J. Mości Panu Bieniaszowi Piotrkowskyemu, czo się wszystko pokazało spełna wedla Registrów dawnych. A dla lepszey wiary y pewnosczy, ciż opiekunowie wyżej mianowani praesentes, pieczęci swe przycisnęli i re-

*) Walentego Wróbla, *Zoltarz*.

koma się własnymi podpisali A. D. ut supra 1589, przy czym wszystkim woźny Lubstowski Jan Sczerba był i slachta wyżej mianowana y ym wszystko oświadczone. Od których rzeczy wyżej mianowanych P. Wojciech Piotrkowski dług odebrał. — Jan Lubstowski cześnik Brzeski ręką własną. Marczin Wilczinski ręką własną. Adam Ziemieczki ręką własną. Stanisław Chaliński skarbnik Brzeski. Stanisław Wilkostowski. Jan Swieżewski ręką własną. Piotr Piaskowski ręką własną.

Alternata iurispatronatus huius ecclesiae habetur in actis Consistorii Wladisl. anno Dni 1505, mense Septembri.

Porro, de Inventario authentico percontandum a Rmo D. Archidiacono Wladislaviensi moderno: ex quo ista supradicta et alia quaedam hausit et excerpit; alioqui haec Bibliotheca talis in ecclesia Piotrkoviensi non invenitur nunc, quae ante annos undecim hoc modo fuit per parochianos revisa, connotata et sigillata. Commendarius idcirco novit Petricoviensis ubi lateant hi libri: si verum fateri voluerit. Praesente Visitatore Ven. Mathia Dąbrowski, bonam se domusae D. Linowski iactabat habere Bibliothecam.

Laus Christo JESU Domino et BM. semper Virgini eius Matri, in quorum honore et amore haec facta sunt.

Decanatus Nieszoviensis

habet has Ecclesias parochiales:

Nieszewa, Przypust, Raciaż, Bobrowniki, Służewo, Lubanie, Zbrachlin, Bądków, Straszewo, Chlewiska, Grabie, Łowiczek, Konecko, Świniarzewo, Zakrzewo, Branno, Ostrowaś, Spital, Chelmica, Ostrowite, Zadzuszniaki, Słońsko.

Residentes parochos habet 8.

Nieszewa, Raciaż, Służewo, Straszewo, Chlewiska, Konecko, Lubanie, Chelmica, et parochialis Wladislaviensis.

Vacantes. Świniarzewo, Zakrzewo eversa, Branno haeretica, Ostrowite.

Nieszewa.

Oppidum regium, tenutae generosi Domini Michaelis Działyński, ad capitaneatum Bobrownicensem spectans.

Ecclesia. Ecclesiae aedificium muratum, cui annexa turris, ante annos tres impensis totius communitatis de fundamentis excitata. Ecclesia haec dicitur filia ecclesiae in Przypust. Patrocinium S. Hedvigis et Divisionis Apostolorum. Anniversarius Dedicacionis Dominica 1 post diem festum S. Hieronymi. Sunt binae litterae indulgentiarum sigillatae, Cardinalis Friderici et Episcoporum aliquot, de anno 1425 et anni 1596, quarum vulgo nullus usus. Indulgentia tamen Gregoriana in usu servatur diligenti. Altaria numero 5, cum suis portatilibus integris, eaque adornata. Sacella 2; alterum S. Annae cum altari, non funda-

no 1496 jak widać
str. 128

tum ¹⁾; alterum vacuum, cum altari diruto, deforme, ruderibus et scamnis indispositis repletum, speluncae instar ²⁾. Imagines altaris maioris et alterius chori maioris eleganter depictae, impensis duorum civium. Coemiterium hoc anno impensis Domini Plebani egregie reparatum, antea iam pene collapsum; cives etiam declivitates coemiterii, exemplo permoti, munierunt. Ossorium templo contiguum, bene tectum. Omnia vero et singula intus ecclesiam expolita et recte habent.

Proventus Ecclesiae: Litterae erectionis reperiuntur. Nulla autem fundatio peculiaris agrorum, decimarum huius ecclesiae, quippe omnes redditus ecclesiae in Przypust, pro more antiquo usitato, huc referuntur ac deserviunt, quorum et modernus plebanus est fuitque semper in usu. Retro ecclesiam versus Vistulam sunt 4 domus, in fundo ecclesiae fundatae, quarum una scholae, altera pro Domino plebano, tertia pro puellis tenuioribus instituendis, quarta pro vicario. Ex opposito templi domus alterius vicarii, cui contiguum est pomerium Fraternalitatis Litteratorum, cuius ususfructus pro cultu divino, praecipue vero pro Societate BMV. cedit universus.

Proventus Mansionariorum. Est hic Mansionaria ab annis 10 circiter fundata, seu cursus Horarius BMV., qui a duobus Vicariis et 4 adolescentibus quotidie integraliter decantatur. Pro hac fundati 220 floreni, post obitum V. Martini Crusvica Vicarii olim Nieszoviensis, relictis, ac in praetorio Nieszoviensi depositi, a quibus census flor. 12 quotannis provenit Cursum canentibus. Cuius quidem census inscriptio seu potius erectio actis Nieszoviensis oppidi inserta talis est: Proconsul et consules totaque communitas civitatis nostrae Nieszovae recognoscimus praesentibus, nos teneri ac debere. quotannis pro festo S. Martini Episcopi 12 flor. pol. per gr. 30 sigillatim computandos, solvere ad manus Rdi Andreae Pliseii parochi Nieszoviensis et quicumque in locum illius successerit,

4 t. XIX. 118
bpa. Novbr 1582 v.
Kuri 14. tu
ratorijl

Document
razar m. N.

¹⁾ Ogród i sadek należy.

²⁾ Nowe teraz.

pro decantandis horis minoribus BMV. in ecclesia parochiali Nieszoviensi tituli S. Hedvigis diebus singulis et hoc ratione summae 200 et viginti flor. pol. in vim reemptionis, vulgariter na wyderkauf, per eundem V. Andream Pliscium ad praesens parochum nostrum, pro constructione seu erectione turris muratae circa ecclesiam Nieszoviensem, nobis in praetorium Nieszoviense datae et numeratae. Proinde eundem censum 12 flor. pol., ita ut praemissum est, apud nos nostramque civitatem Nieszoviensem in vim reemptionis emptum, eidem Rdo D. Andreae Pliscio parochi nostro, et illius successoribus ordinamus, inscribimus et reformamus, praesentibus nostris, in omnibus et singulis bonis publicis tum et privatis civilibus Nieszoviensibus, submitiendo et obligando nos nostrosque successores, de eisdem omnibus bonis civitatis nostrae plenarie ac in effectu pecuniis paratis, pro tempore et die superius expresso, incipienti ab anno infrascripto inclusive soluturos, annis continuis, usque ad plenariam summae ducentorum viginti florenorum ecclesiae Nieszoviensi tituli S. Hedwigis restitutionem. Harum, quibus sigillum nostrum subimpressum est, testimentio litterarum. Datum Novae Nieszovae A. D. 1595 die 14 mensis Octobris. Haec ibi. — Item pro eadem Mansionaria est domus ¹⁾ in oppido Nieszewa in platea longa, sita inter Stanislaum Bieniek et Annam Złotnicka, quam ab annis 3, ratione debiti ecclesiastici centum flor., per D. Plebanum intromissio iuridica facta et actis civilibus inserta, cuius et possessor idem est D. Plebanus, eam locans et censum ex ea 5 flor. percipiens; uti hoc triennio annis singulis pro usu huius Mansionariae ab inquilino loci percipiebat ²⁾. Item hortus est ex antiquo ecclesiae Nieszoviensi praedictae deserviens, ab annis tribus pro Mansionaria ³⁾ eiusdem ecclesiae per Reverendissimum

¹⁾ Na domie sto złotych, ale znisione, ma je nunc Pan Wychorski na gruncie je zapisal.

²⁾ Ze podniesiono sumnę tę.

³⁾ Pytać się o tę incorporacyę.

feliciter modernum adscriptus et incorporatus, a fronte et a tergo arboribus consitus, situs vero inter lanionem Smolizek ex una et Georgium Zaleski ex altera partibus. Item honestus Simon Lizyeh, civis Nieszoviensis, censum pro mausionaria Nieszoviensi in bonis suis haereditariis immobilibus donavit aeviterne et actis civilibus inscripsit flor. 4. Cuius quidem census a tempore et die inscriptionis factae, in usu est ecclesia. Domus eius sita in platea longa, inter Mikolay Stolimaszek et desertam aream dictam Rynarka. In aliis praeterea bonis, hortis, praediis, granariis, pomariis, intra ex extra oppidum sitis, ad hanc domum illo vivo, pertinentibus.

Parochus: Ad curam parochi Nieszoviensis solum oppidum Nieszewa pertinet ¹⁾ et 4 duntaxat haereticos habet: unum scilicet civem et tres scotos cum suis familis, omnes possessionatos. Conventicula privata eisdem, vigilante plebano, inhibentur. Ad hoc decreto magistratum utique muniendum esset, alioqui defuncto parocho moderno renascetur malum hoc. Parochum praesentat Serenissimus Rex. Ad praesens R^{du}s Andreas Pliscius idemque Decanus Ruralis, ab anno Dni 1572 continuo residens: vir, cuius pietas, vita, mores, integritas, studium ac incredibilis tuendae ac promovendae Ecclesiae Dei zelus, in perpetuas aeternitates merito commendandus. Vicarios duos sibi adiunxit (qui et mansionariae munus obeunt), actu presbyteros, et formatas habentes. Mores horum incompti, et maxime vicarii Adami, qui tabernis assuetus, non solum cum oppidanis, sed etiam cum collega suo, lites et turbas excitare in taberna assuetus, uti et nuper sub Adventu Domini usque ad sui fastidium excitaverat. Comminatus eo nomine eisdem repulsam Dnus plebanus et poenas, quas admoniti toties, minus curant. Est etiam ad ecclesiam baccalaureus cum cantore et adstantibus et scholaribus pluribus.

de t.
ep. Nov
Kuri
rator
B. Gudry
restorony
mtra
t. XIX, 58:86
Karnowicza mmo
r. alim 1589-1592
(Stat Wlad 1714
(4-46, 127)

¹⁾ Unus scotus haereticus, altera Anna Tulbowska dicta, vidua.

Notandum. Omnes et singulos proventus Mansionariae capit Dnus plebanus, ex quibus rursus certam et pactam pensionem omnibus ecclesiae ministris erogat: hoc est, vicariis duobus in singulis anni quadrantes flor. 8; summa annuatim utrique flor. 32, qui et omnium accidentium condescendente Dno parochio fiunt participes, exceptis spocialibus, ad ornandam ecclesiae necessariis. Insuper et columbationem eisdem seu strenam totam donavit. Rectori scholae ex praetorio salarium annuum solvitur flor. 10. Idem de quarta parte accidentium cum vicariis participat, pulsalium idem capit gr. 5 et aliis accidentiis gaudet. Cantori dat salarii Dnus Plebanus flor. 4 annuatim. Et ex praetorio eidem penduntur annuatim flor. 2. A baccalaureo idem capit annuatim flor. 2. Et accidentia cantoribus communia. Campanatori Dominus Plebanus pendit flor. 4. Adstantibus vero 4 vel 5, cursum horarium cantantibus, in singulos anni quadrantes praetorium Nieszoviense pendit talerum medium ¹⁾. In defectu prandiorum, vicarii a Dno plebano sustentantur. Regale habetur in ecclesia ²⁾, cuius et organarius ex praetorio capit annuatim flor. 12 ³⁾. Apud parochum idem habet prandium et coenam et flor. 4. Dotatio certa pro organario nulla est, quippe hanc pensionem absque obligatione ulla, solo ornandae ecclesiae pio zelo permoti, cives ultro concesserunt. His etiam annis recentioribus *schola* puellarum teneriorum per Dnum plebanum excitata, quae quidem per puellam adultam, Dni plebani consobrinam, castam et pudicam (quippe quae et voto virginitalis sese obstrinxit), in lectura, moribus imprimisque pietate catholica insigniter erudiuntur. Seminarium dubio procul pulcherimum omnis virtutis ac pietatis ⁴⁾.

Organista

Schola discipulorum

¹⁾ Nie daje.

²⁾ Organum 9 set złotych kosztują ex elemosinis, sto złotych X. Pleban.

³⁾ 40 i ogród.

⁴⁾ Pomarly.

Cultus divinus. Diebus dominicis ac festis Horae maiores canuntur, scilicet Matutinum unius Nocturni, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperae, idque per vicarios et scholam. Cursus de B. M. V. tunc cessat. Missae diebus dominicis et festis duae, matura et Summa. Diebus profestis loco Horarum maiorum Cursus horarius de Domina per Mansionarios, cantorem et adstantes. Duae etiam Missae cantatae: summa semper de die; matura vero Missa feria secunda, pro die; feria tertia de S. Anna cantata; feria 6 de S. Cruce cantatur; sabbato de S. Maria cantata. Maturam Missam diebus dominicis et festis Litterati cives per se decantant, quos cantor interdum iuvat. Reliqua ex praescripto Dni Plebani et more ecclesiae.

Societates Pietatis. Tres sunt eiusmodi societates; beatae Mariae Virginis Rosarii, S. Annae et S. Crucis ¹⁾. *Societas B. M. V.* Societati Dominicanorum inscripta, eorum leges recepit et sequitur, scilicet confitendi, communicandi, rosarium recitandi, Missam maturam de Domina canendi. Cuius patroni sunt Litterati et vocatur vulgari nomine Fraternitas Litteratorum. *Societas S. Annae* moris reformati et approbati. Patroni eius Valentinus vicarius et Wenceslaus Rzuchowski civis. Officium ipsius est, Missam cantare feria 3 de S. Anna, quam decantant ut plurimum sacerdotes cum scholaribus omnibus. *Societas S. Crucis.* Missa de S. Cruce, quam decantant itidem Sacerdotes cum scholaribus. Patronus huius Societatis D. Plebanus. Gazophilacium penes patronos, qui collectam, si quae est, pro usu et necessitatibus ecclesiae parochialis erogant.

Fraternitates. Sutorum, sartorum, pellionum, lannionum, mercatorum, rotificum, qui intra ecclesiam munia sua, accendendo luminaria ceroferariorum, exequuntur. Regulariter etiam se habent, Missas et Vigilias pro defunctis singulis 4 anni partibus observant et adsunt praesentes. Sepulturas eadem pro more ve-

1) S. Annae et S. Crucis translatae societates do mnichów

teri usitato curant et alia id genus opera pietatis exercent.

Ornamenta Ecclesiae. Inventarium asservat V. D. Plebanus beue confectum, hoc modo: Calices 7 argentei, quorum duo integraliter deaurati, reliqui duntaxat in parte. Crux argentea fere unius cubiti. Cruces aliae duae ex orichalco deauratae. Pacificalia 3 argentea, rotunda ¹⁾. Monstrancia argentea tota, in parte deaurata, cum Melchisedech deaurato. Arca Ven. Eucharistiae Sacramenti argentea, altera orichalcea. Chrismalia duo stannea ²⁾. Ampulae duae argenteae novae flor. 22 pro usu ecclesiae per D. Plebanum modernum comparatae. Manus lignea auro depicta cum Reliquiis S. Stanislai. Caput antiquum cum Reliquiis, absque titulo tamen. Corporalia, pallae, vela calicum multo numero. Bursae aliquot. Cassula sericea auro texta, cum apparamentis. Cassula ex procedella albi et flavi coloris, cum apparamentis. Cassula albi adamasci, cum apparamentis. Cassula alba serici simplicis, cum trina aurea et apparamentis. Cassula ex serico villosa rubeo, cum cruce figurata et auro texta et attinentiis. Cassula eiusdem materiae et formae simillima. Cassula ex adamasco coelestini coloris cum cruce auro texta. Cassulae duae ex veluto nigro novae, cum apparatu. Cassula adamasci viridis cum apparatu et cruce auro texta. Cassula de altembasso cum trina more italico et apparatu. Cassula rubei coloris de atlasso florisato cum cruce auro texta et apparatu. Cassulae feriales 5, quarum quaedam carent suis pertinentiis. Pluvialia 3: 1) albi adamasci cum marginibus ex procedella: 2) veluti viridis cum marginibus auro textis: 3) ferialis de muchaiero nigro. Antependia solenniora 4: 1) ex procedella caerulei coloris; 2) adamasci coelestini coloris; 3) maculosa variique coloris; 4) per columnas rubras et virides; reliqua ferialia numero 6. Dalmaticae 2. Albae fere tot quod cassulae, eaeque mun-

Reliquiarum.

¹⁾ Na kielich się obrócił czwarty.

²⁾ Jedno srebrne.

dae. Mappae 24, linteamina 6, mantilia 14, mantilia telae tenuioris 14, at plures vetustate consumptae. Tapheta aurea pro velanda monstrancia. Baldachimum coloris viridis ex medio hatlasso. Tobalea altarium, alias szczyrnyki, auro texta, item serico vario filoque sericeo et lineo acu pictae numero 17, quarum nonnulla figuris exornata. Superpellicia 4 integra, tria lacerata et minora pro pueris ministrantibus 6 et cappae pro eisdem 4 et dalmaticae 2 ex grubrino. *Graduale* Tobalea longa propter communicantes ad mentum applicanda, filo lineo depicta. Campanae maiores in campanili 3, signans in vertice templi. Tiutinnabula 6, ampularum stannearum 6 paria. Candelabra altaris maioris orichalcea flor. 14 comparata. Item par aliud cupreorum; reliqua tria paria stanneorum. Lampas ante Ciborium cum lumine infra divina accenso, materiam luminis subministrantibus mercatoribus. Candelabra pensilia in medio ecclesiae duo cornuta ferroque munita. Vexillarum paria tria; par minorum 1. Lagenae 1 pro vino. Pelves duae, altera stannea, altera orichalcea cum infusorio: hae deserivunt altari. Thurribulum cupreum. Ahena 3. Tapes 1. Panni pro sternendis gradibus altaris portiones 4. Serinia 4 ferro munita ferrumque pro pinsendis oblatiis ¹⁾.

Libri. Agendae 4, Missalia Romana 3, quartum vetus. Graduale pergamineum in grandi folio, vetus quidem, at nuper litteris, notis, amictu renovatum. Antiphonarium vetus pergamineum, itidem reparatum, instar Gradualis. Item Antiphonarii Romani partes 2, aestivalis scilicet et hiemalis, noviter per D. Plebanum comparati. Item Psalterium novum papyraceum, aliud pergamineum vetus, in magno volumine. Item Biblia sacra. Item Sermones Doctorum in folio super Evangelia. Item liber Dni Augustini quorundam congestorum ²⁾, etc.

Vitrici. Cives duo bene possessionati bonique

¹⁾ Bogarodzica niewiem jeżeli śpiewają.

²⁾ Bierzmował D. Thylicki.

testimonii. Penes hos acrarium ecclesiae. Collectam cum tabula diebus dominicis et festis procurant. Unde etiam necessaria providentur per eosdem, vinum, cera, thus, fabrica, mundities vestium, etc. Iidem victrici ab annis 10 rationem non reddiderunt cuiquam accepti et expensi. Exigente vero eam ab eis Visitatore responderunt, se ad rationem faciendam ad praesens non esse paratos. Ad quam etiam tempus sibi prorogari petierunt. Negotium igitur Dno plebano commendatum. Cognomina victricorum Albertus Zak et Laurentius Doleżyobiad ¹⁾.

Hospitale Nieszoviense. Hospitale in fundo civili impensis honesti Stanislai Bienick civis Nieszoviensis anno Dni 1580 eleganti et compendiosa forma extructum, quippe hypocaustum habet elegans, scammis, fornace speciosa, mensa lata et repositoio patellarum, cochlearium etc. exornatum. Ex adverso hypocausti tria cubicula. In atrio culina. In parte superiori domus, tria cubicula cum atrio. In postico hospitalis area angusta, in cuius latere infirmariae duae eleganti structura. Ex altero latere balneum. Denique versus viam publicam, sacellum cum altari et formis latere stratum, tabulato etiam circulariter compactum. At non consecratum, quippe nullam habet fundationem pro sacellano. Ex indulto autem Rmi Dni ad hoc altare celebratur Missa interdum. Rogat curator eam consecrari. Altare habet suum apparatus, hoc est calicem argenteum in parte deauratum. Crucem argenteam ex parte deauratam et lapillis distinctam. Missale item Romanum, candelabra, ampullas, mappas 3, mantile 1, corporalia 2, antependium et portatile integrum, campanas duas et signantem 1. Alit pauperes 12, mares 4, foeminas reliquas anus. Promiscue cohabitant. Non potest illis persuadere curator, ut separatim per conclavia pro ipsis parata manerent. Allegant consuetudinem seu morem receptum, ac frigus timent. Habet hoc hospitale dotis antiquae agri

¹⁾ Faciunt rationem.

mansum unum cum dimidio, in fundo civitatis situm. Hunc curator locat pro censu flor. 9 circiter. Alias ex tabula eleemosynaria vivunt. Cum cophino iuxta praescriptum Rmi per oppidum obambulant, ad id rarius faciunt, quia saepius actum agunt. Villas vero et pagos, eo quod nihil in eis lucrentur, prorsus devitant. Aliqui etiam manibus propriis laborant, hoc est, nendo, retia nectendo etc. victum sibi conquaerunt. Ex pixide eleemosynaria ligna per curatorem coëmuntur et ea quæ usui domestico serviunt. Illmus ac Rmus Dnus Episcopus feliciter modernus, annuatim huic hospitali conferre et elargiri consuevit: Imprimis cassulas sigillis 10, hordei metretas 2. Tritici met. 1, pisae metretam unam cum dimidio. Tunnam unam cerevisiae, vitulum 1. Hoc porro anno, siligo, hordeum, triticum, nondum est eis datum. Legavit huic hospitali Simon Lizych, civis Nieszoviensis, ante 6 annos marcas 20, quas uxor ipsius olim reicta vidua, nunc vero coniunx cuiusdam Kozierowski, civis Nieszoviensis, parata est ad manus Stanislai Bienick curatoris in effectu reponere, dummodo quietatio ipsi altera a Magistratu Nieszoviensi, altera a Rmo Dno Episcopo offeratur. Pauperes Missae officium sacrum quotidie audiunt, confitentur etiam et communicant saepius. Sacerdotum nemo eos visitat. Littaniae tamen bis in septimana cum ipsis per puerum, iussu Dni Plebani, recitantur. Curator hospitalis solus Stanislaus Bienick et inspector.

Exemplar indulgentiarum Ecclesiae Nieszoviensis:
Fridericus, miseratione divina sacrosanctae Romanae Ecclesiae Tituli S. Luciae in septem solis Presbyter Cardinalis, Archiepiscopus Gnesnensis et Primas Episcopusque Cracoviensis, Andreas Rosa Archiepiscopus Leopoliensis, Creslaus Wladislaviensis et Uriel Poseniensiensis, Dei gratia Episcopi. Ad perpetuam rei memoriam. Universis et singulis Christi fidelibus salutem in Domino sempiternam. Splendor paternae gloriae, qui sua ineffabili mundum illuminat claritate, pia vota fidelium, de sua benigna misericordia confidentium, tunc praecipue benigno favore prosequitur,

cum eorum devota humilitas, Sanctorum meritis et precibus adiuvatur. Cupientes igitur ad preces Ven. viri Cristini de Bandkowo, Canonici Wladislaviensis et plebani in Przypust et in Nova Nieschowa oppido, ut Ecclesia ipsa in Przypust, sub titulo S. Stanislai Martyris et Pontificis gloriosi et B. M. Magdalenae, quae est mater, et in Nova Nieszowa oppido, quae est filia eiusdem Ecclesiae in Przypust annexa, sub titulo Divisionis Apostolorum et B. Hedvigis Electae et in honorem omnipotentis Dei constructa, congruis honoribus frequentetur. Omnibus et singulis sexus utriusque Christi fidelibus, vere poenitentibus, contritis et confessis, qui dictas Ecclesias, videlicet primum in Przypust in Nativitatis et feria 2 Resurrectionis Dni nostri Jesu Christi, nec non feria 2 Pentecostes ac Stanislai et Mariae Magdalenae, patronorum illius Ecclesiae et Duica Dedicacionis eiusdem. In nova vero Nieszowa, oppido Dioecesis Wladislaviensis, videlicet in Nativitatis, Resurrectionis, Ascensionis et Sacratissimi Corporis Dni nostri Jesu Christi, nec non Nativitatis, Visitationis, et Assumptionis Beatissimae Virginis Mariae, omnium Sanctorum et Divisionis Apostolorum ac B. Hedvigis patronorum illius Ecclesiae et dominico Dedicacionis eiusdem festivitatum diebus devoti visitaverint et orationem Dominicam cum Angelica Salutatione oraverint vel quicumque Christi fidelium pro aedificatione ac reformatione structurarum et aedificiorum dictarum Ecclesiarum, nec non calicum, librorum, ornatorum et aliorum ornamentorum ac suppellectilium ad divini cultus honorem necessariorum, comparatione, manus suas iuxta suorum exigentiam facultatum porrexerint, consilioque et auxilio quocumque subvenerint aut aliud opus pietatis operati fuerint, aut processionibus dominicis et festivis, aut pro pace cum Littania decantatur interessentibus, quotiescunque id fecerint et adimplerint, similiter cum defertur Sacratissimum Corporis Christi ad infirmos de Ecclesia utraque et viceversa secuti fuerint usque in locum, aut lignum vitae et Reliquias Sanctorum deosculati fuerint: de omnipotentis Dei misericordia ac Beatorum Petri et Pauli

Ullman 1496.

Apostolorum eius autoritate confisi: Nos Fredericus Cardinalis memoratus centum, nos vero Andreas Archiepiscopus et Episcopi supradicti, quilibet numerum seorsum per 40 dies indulgentiarum de licentia Dioecessani praesentibus impartimur et elargimur, ac de iniunctis eis poenitentiis misericorditer in Domino relaxamus, perpetuis temporibus duraturis. Similes quoque indulgentias nos Creslaus Episcopus Wladislaviensis praefatus, aliis Dnis Episcopis, ad Ecclesias memoratas Dioecesi nostrae danti et elargiendi damus et concedimus facultatem. Harum, quibus sigilla nostra praesentibus sunt subappensa, testimonio litterarum. Datum in Synodo provinciali Lanciciensi die Jovis 14 mensis Julii. A. D. millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto.

Przypust.

Villa civitatis Nieszoviensis, oppidum quondam. Ecclesia inibi parochialis. Cuius structura lignea, tegula latericia contexta una cum campanili. Chorus minor intermedio latere structus. Ossorium tectum. Coeniterium reparatum. Tituli S. Mariae Magdalenae et S. Stanislai in Maio. Dedicationis 4 Dnica post Trinitatis. Litteras indulgentiarum habet anni 1496 peculiare, uti exemplar superius positum docet. Item dierum 40 ab Joanne episcopo Wladislaviensi de anno 1453. Item indulgentias dierum item 40 a Joanne archiepiscopo Leopoliensi, ab episcopo Praemislensi, et episcopo Chełmensi, de data anni 1425. Ecclesia ista mater dicitur et est Nieszoviensis ecclesiae. Et cum Nieszewa multo est populosior, proinde parochus Przypustiensis V. Andreas Pliscius, pro more antecessorum suorum praeantiquo, Nieszoviae residet. Hanc vero ecclesiam uti ruri positam, oppidoque ipsi propinquam, Dnus Plebanus per suum vicarium Nieszoviensem administrat, ita ut pro residente habeatur, quippe singulis dominicis et festis ibidem celebratur et parochiani, summa cum vigilantia parochi, sacris

in Synod

dum opus est procurantur. Nieszoviensem etiam ecclesiam ipsimet parochiani frequentant, spiritualibus epulis pro exigentia temporis reficiendi. Ad hanc ecclesiam neque domus est pro paroco ulla, neque pro vicario. Est tamen area deserta spaciosa, aedificiis plebanalibus idonea, quam villani occupant, hortos inconsulto paroco in ea locant et serunt, paroco etiam minus resistente. Claves aedituo ecclesiae secure committuntur ¹⁾).

Dos Ecclesiae. Dos ecclesiae praedictae paroco Nieszoviensi tota deservit. Et habet inprimis praediolum glebae sterilioris, scopulis certis consignatum in campo Przypust, situm iuxta agros Wolne et agros Zbrachiu. Locat eundem agrum ex quarto manipulo colonis Wolne ²⁾). Hoc anno 4 tantum cassulas sili-ginis percepit plebanus, praeterea nihil. Hoc praedium nulla habet prata adiacentia, sed remota. Item est pratum plebanale spaciosum valde ad Vistulam situm et eandem attingens, inter Wolne et Przypust, proferens currus faeni circiter 80, quod quidem pratum plebanus locat parochianis 15 flor. annuatim. Ad caput huius prati versus montes iuxta extensionem prati est hortus egregius, qui via quae ad Wolne ducit terminatur ³⁾). Hunc locat Duus Plebanus itidem parochianis flor. 6. Est item molendinum aquatile dictum Olszak, ultra Przypust, sub monte Grodzisko situm, rotae unius, cuius in usu fuit hactenus advocatus Przypustensis. Jam vero idem molendinum hoc anno praesenti cura et sollicitudine diuturna iuridica D. Plebani Andreae Pliscii, est ecclesiae Przypustensis per decretum Regiae Maiestatis anno 1598 in comitiis Warschoviensibus latum, pristinae libertati et usui plebali restitutum. Intromissio cuius facta est per eundem D. plebanum cum ministeriali et nobilibus, a iure ad eum actum deputatis, feria 4 post pen-

¹⁾ Domeczek zbudował X. pleban przy ogrodzie.

²⁾ Stodołę tę zbudował i rataja chce osadzić X. pleban.

³⁾ Teraz isz piaszczysty najmuje go do wapna, zbudował też budynek wapiennikowy.

tecostes proxima. Cui iurevictus advocatus non restitit, imo uti iuris erat concessit.

Decimas hoc modo percipit parochus. Inprimis decimam manipularem ¹⁾ ex Przypust post araturas colonorum, cassularum siliginis circiter 30; hordei tres cassulas; tritici cassulas 2; avenae 10, pisae, milii aliquotam partem. Haec vero decima ab eisdem colonis comportatur Dno Plebano ad horreum Dni Martini Wichorski in oppidum Nieszowa. Item decima in Wolne olim manipularis in usu habita. Hanc coloni communiter redimunt marcis 10, tributo regio in semet recepto. Item decima post 4 mansos oppidi Nieszewa; quibus usufruitur Bartholomaeus Skrabasz, manipularis, qualem mos est dari ex omnibus agris Nieszoviensibus. Hanc Skrabasz redimit quotannis 14 flor. quos et Dno Plebano solvit, liberum Dnum Plebanum a tributo regio laudato faciens. Item decima ex Starkowiec fundo regio, sed a vidua paupere, connivente ad hoc Dno Plebano, non solvitur ²⁾. Item decima ex villa Rybitwy manipularis, sed a tenuissimis incolis non solvitur ³⁾. Item decima Kałęczynko et Janowice, quae villae nobilium sunt, manipularis, sed non solvitur. Coloni harum villarum pendebant olim ex quolibet manso per gr. 10, ut videre est in actis Capituli Wladislaviensis.

Villae Parochiales. Przypust, Wolne, Rybitwy, Starkowiec. Advocatus Przypustensis Baranowski, iuxta templum residens, adversarius plebani, hoc anno pro festo paschae non communicavit, nec confessus. Partem etiam fundi ecclesiastici penes coemiterium occupasse perhibetur, quippe hortus eius attingit ipsum coemiterium ⁴⁾.

Parochus. Parochus idem qui Nieszoviensis, uti superius dictum est. Templum hoc clauditur per to-

1) Teraz wytyczna.

2) I teraz.

3) Starosta Bobrownicki ją bierze.

4) Umarł ten stary, a takiż jego synowice concubinarius.

tam hebdomadam; nec aperitur, quaesitum, quare? Quia, inquit, nemo rusticorum vel villanorum venit ad ecclesiam. Claves templi penes aedituum, qui saepius absens est. Die dominico cantata Missa et concio; diebus itidem festis, rarius tamen. Patrocinium solenne confluyente populo ex tota Nieszewa et villis parochialibus pro feria 2 paschae, pro festo S. Stanislai in Maio, pro feria 2 pentecostes, pro festo B. Mariae Magdalenae et pro die Dedicacionis et Translationis S. Stanislai.

Supellex Ecclesiae. Inventarius ¹⁾ non est in ecclesia. Revisa tamen supellex. Tabulae altaris maioris impensis Dni plebani renovatae recens, cum imagine B. M. Magdalenae et habet item portatile integrum et sua paramenta. Calix argenteus unus et alter calix argenteus parvus intus deauratus. Monstrancia cuprea. Crux ex orichalco inaurato, christallo et lapillis falsis distincta. Pixis Ven. Sacramenti lignea eaque gemina, in Ciborio decenter curato. Renovantur hostiae sacrae, eaeque nitidae. Cassula ex albo adamasco cum cruce ex trina aurea, cum attinentiis. Cassula ex rubeo adamasco cum cruce ex veluto viridi auro texto crucifixum portans, cum attinentiis. Cassula kamchea vetus cum apparatu. Cassula de zabino cum trina auro texta et apparatu. Cassula kamchea caerulei coloris cum apparatu. Cappa seu pluviale unum ex serico simplici viridi cum marginibus rubeis sericeis, ornata trina aurea. Pluviale aliud ex czambeloto nigro, quadragesimale, vetus. Antependia 5: 1) per columnas viridis, violacei et albi coloris; 2) per columnas flavi et rubei coloris de medio hatlaso; 3) de harasso rubeo et viridi per columnas, et duo kamchea. Superpelliceum 1; mappae 14; manuteria 17; lintamina 4; mantilia 2 telae subtiliorris, quorum unum pro monstrancia velanda; szczyzunki 4 et una magna serico filo vario picta. Corporalia 5 cum pallis. Vela 2 calicis, viride et rubeum sericeum. Par cande-

¹⁾ Non est.

labrorum magni ponderis, in maiori altari cupreorum. Par aliorum ligneorum. Vexillorum tria paria, par unum ampularum. Thurribulum orichalecum, lagena stannea. Pelvis magnifica ad lavandas manus. Caldaria 2. Campanae in campanili duae medioeres, signans 1, manuales 2. Cereus paschalis. Aqua lustralis praeforibus. Duae cistae ferro munitae et tertia minor.

Libri. Missale Romanum 1, aliud Gnesnense, tertium pergameneum vetus, per clechos a capite et calce laceratum, violatum, praestat illud vendere et arcam pro Ven. Sacramento vel cupream comparare. Graduale pergameneum, absque initio et fine ¹⁾. Agenda Gnesnensis maior, altera vetustior. Antiphonarium et Psalterium, non habentur. His, quando est necesse, mutuatis ex Nieszewa, utuntur presbyteri et scholares atque Commendarii.

Victrici. Duo victrici, alter ex Przepust, alter ex Wolna. Deserviunt hi ecclesiae, coadunant collectas, ex quibus necessaria provident: vinum, thus, ceram, reparationem templi, etc. Laquear chori maioris per eosdem reformatum. Rationes non reddunt. Ciborium et baptisterium sub clausura. Templum sola sera pensili clauditur. Fraternitas communitatis observatur, quae et ceroferaria habent et curant sepulturas, sub signo et poena. Ad elevationem infra Missam singulis dominicis et festis cum candelis accensis astant altari. Parochiani omnes confitentur suo parochio vel vicario. Pauci restant confirmandi.

Bobrowniki.

Oppidum regium. Insuper patronatus ad ecclesiam S. R. Maiestatis. Templum duo lignea ²⁾. Alterum recentius (quippe conflagraverat), non procul a circo oppidum situm, a Rmo Dno Hieronymo a Rozrazow Dei gratia

¹⁾ Nowe teraz.

²⁾ Unum.

4. XXIII, 16 v. 1594

Episcopo Wladislaviensi a. D. 1584 consecratum, tituli S. Martini. Anniversarius Dedicacionis prima die Julii celebratur, seu circa primam diem mensis Julii pro arbitrio parochi ¹⁾. Templum hoc tegula latericia contectum, cum sacrario murato ²⁾. Campanile non est, campana una in porticu templi fixa. Ossorium sub dio. Coemiterium bene septum et clausum. Chorus minor latere stratus. Altaria duo, muratum et ligneum cum portatilibus integris ³⁾. Ciborium clausum et munde servatur; at baptisterium absque clausura. Admoniti vietrici. In summa, hoc templum pro parochiali habetur. Alterum templum ligneum et mere parochiale, at magna ex parte desolatum. Tituli Omnium Sanctorum; pavimento nudo ⁴⁾. Altaria duo habet, muratum alterum, alterum ligneum, maius altare habet suum portatile integrum. Ciborium habetur clausum, in quo et Ven. asservatur Sacramentum. Baptisterium vacuum. Coemiterium circumseptum. Campanile campanas habet ⁵⁾. Sacrarium prorsus vacuum. De consecratione eius non ambigitur. Dies Dedicacionis prima dominica post Michaëlis. Ornata habet altaria et celebratur Missae officium in eo aliquoties mense quolibet. Corpora etiam mortuorum communiter circa item templum funerantur. Clauditur tam sacrarium, quam et ipsum templum. Caeterum, uti ministerium divinum, ita et dos omnis huius ecclesiae ad ecclesiam S. Martini translata, ad quam et residentia parochi ⁶⁾.

2^a kurcio

Dos Ecclesiae. Pro dote habet tres agri mansos in omnibus tribus campis. Mansus autem 8 sulcorum quilibet. Sed hi mansi ita sunt rubetis et virgultis et sentibus obsiti, ut vix unum mansum aequepolleant ⁷⁾. Hoc vero per incuriam parochorum et Commendario-

1) Zgorzał kościół i zwon.

2) Campana una maior, minor altera.

3) Testamentem odkazał Jan Łys z Sylina pultorasta złotych długów u chłopów z Sylina i z Osieka, eo był zadał na...

4) Zgorzał.

5) Zwon nowy.

6) Parochus Erasmus.

7) Wykopano teraz.

rum accidit ¹⁾. Locatur hic ager ex tertio manipulo, qui profert plebano 5 cassulas siliginis tantum ²⁾. Item sunt horti 2, alter iuxta templum S. Martini, latus 18 sulcos; alter extra oppidum inter hortos oppidanorum, stadii unius, latus sulcos 12. Census ex eo provenit parrocho taleros duos. Item est pratum in fundo Bobrowniki ad granicies Racheino situs, currus foeni tres proferens, at plerumque depascitur ³⁾. Sunt item alia prata minora agris plebanalibus connexa ⁴⁾.

Huc decimae referuntur: decima Ostrowite, iuxta antiquas visitationes, cuius in usu an fuerit aliquando parochus, nescitur. Witkowo, villa nobilem, habet emctones 14, olim 20 fuerunt ⁵⁾. Item ex singulis mansis gr. 5 pendere consueverunt, ratione decimae. Olim de more antiquo gr. 7. pendebant. Item decima pecuniaria ex agris oppidanorum, ex quolibet manso per gr. 2. Mansi autem sunt numero 36. Solutio decimae huius certa, contributione regia nunquam defalcata ⁶⁾.

Villae parochiales. Bobrowniki oppidum, Polichnowo, Szczerbiny, Gnojno et molitor Rudny.

Parochus ⁷⁾ Ecclesia parrocho saepius orbata. Regitur ad praesens per Commendarium Franciscum Lipnensem, diocesis Plocensis, qui et formatas et commendam habet. Aeger hic et affecta semper valetudine. Alioqui modestus, probus, ac diligens et parochianis carus, canendi peritus. Investituram detrectat, cum intentione locum mutandi et conditionem. Domus parochi ante triennium per oppidanos exaedificata, non incommode, cui contigua altera vetus cum area septa et clausa. Schola ex altera templi regione, hortum habens 4 sulcorum, quam magister cum cantore in-

1) *Nota.* Mnisi z Nieszewy celebrowali w zamku cum invidia parochi et scandalo.

2) Plus minus 15.

3) Przedał starosta olendrum.

4) Obiecał pan Starosta.

5) Non solvitur ab annis 8; dawano 8 złotych.

6) Uczyni no kopę i 12 groszy.

7) Erasmus Muchański.

habitat scholares habens fere 30 ¹⁾. Ei salarium Com-
mendarius pendit, scilicet annuatim flor. 2 ²⁾. Est et
campanator, provisionem nullam habens.

Cultus divinus. Missa cantata diebus dominicis
et festis, absque matutinis horis, et absque Vesperis,
ad quas nec pulsatur quidem. Coargutus inde Com-
mendarius. Solemnitas tamen habet Matutinas et Ves-
peras. Lecta Missa feria 4 et 6 tantum, et quovis
dominici festo cantata. Catechismus non recitatur,
decalogus non canitur. Bogarodzica rarissime. Me-
triculae baptisatorum et contrahentium non notantur.
Banna praemittit, cum poenitentiae et communionis
sacramento. Confitetur ipsemet Nieszewiae, vel in
Zbrachliu. Gratis dicitur administrare sacramenta.
Habitum et tonsuram gerit.

Supellex Ecclesiae. Inventarius non est conscrip-
tus. Revisio facta. Calices 2 argentei cum patenis,
tertius inauratus ex toto. Crux argentea integra. Pa-
cificale argenteum cum cristalina gemma. Monstran-
cia cuprea cum Melchisedech argenteo inaurato. Arca
Ven. Sacramenti orichalcea ³⁾. Chrismale stanneum.
Ampulae 4 stanneae. Thurribulum cupreum et cor-
ruptum valde. Cassulae 5 vetustiores, inter quas cas-
sula ex adamaseo rubeo potior et una nova de ada-
masco albo, nuper per victricos empta, cum pertinen-
tiis. Pluviale 1 de muchaiero trabeato cum colari
ex medio hatlaso. Antependia tantum 2 et alia 2 in
altero templo ⁴⁾. Pellae 18. Manuteria 20. Linteum
1. Rabczki 12. Tobalea seu strophioala altarium sex,
serico nigro depicta. Corporalia tria; pallae 2. Vela
pro calicibus 6, ex serico simplici. Superpellicia 2 et
alia minora cum capsulis pro ministrantibus. Vexil-

¹⁾ W szkole Xąc chory sam mieszka.

²⁾ Rector scholae 6 flor. Teraz go niemasz.

³⁾ Zła.

⁴⁾ Pan Andrzej Kruszewski sędzia Grocki Bobrownicki
tak rok fundował 2 votivas we środę de SS. Trinitate, a w piątek
ipso vivente pro peccatis, post mortem pro defunctis, czyyszu 10
flor. na jego dobrach zapisanego, na Osowce w Dobrzyńskim po-
wiecie, cum confirmatione Episcopi.

lorum paria 3, et in templo Omnium SS. par unum. Candelabra stannea in altaribus omniibus. Caldaria 4. Lagena pro vino stannea. Pannus geminus pro gradibus altarium. Campana 1; signans 1, tintinnabula 6. Serae pensiles 2. Quadragesimale velum ex tela alba. Cistae duae, ferro munitae in sacrario.

Notandum. Die S. Agathae sordissima alba et grossissima indutus, Commendarius Missam celebravit cantatam, eaque nimis curta, nec talos ipsos attingente.

Libri. Missale Romanum in folio, et aliud item in folio Plocense. Agenda nova reformata. Graduale novum impressum. Antiphonarius et Psalterium desiderantur. Commendarius pollicitus se scripturum Antiphonarium. Item Discipulus. Item S. Vincentii sermones. Item Liber Eckii de Sacramentis.

Victrici ¹⁾. Duo oppidani possessionati, ab annis 8 in officio positi. Cum tabula obambulant. Regestra accepti non scribuntur. Expensi tamen notantur. Ratio ab eis nunquam exigitur. In paratis nihil habent, quippe erogarunt pecuniam pro calice, cassula adamasci, Missali, Agenda, Graduali. Vinum, thus, cera, fabrica et reliqua per eosdem procurantur. In summa fideliter dispensant collectas. Legata nulla sunt. In debito flor. 5 apud Joannem doleatorem ²⁾. Et in Wolna apud molitorem flor. 9 et gr. 15 ³⁾. Fraternitas nulla est. Hospitale nullum. Pauperes circa ecclesiam 7. Nec indulgentiarum, nec erectionis sunt monumenta. Pro festo tantum S. Martini frequentissimus ad exsolvenda religionis vota etiam ex remotioribus parochiis populus occurrit.

R a c i ą z.

Oppidum Rmi Dni Episcopi Wladislaviensis. Col-lator idem. Ecclesia parochialis extra oppidum sita.

¹⁾ Więclaw Lys i Marcin Kuśmierz.

²⁾ Oddał je.

³⁾ Nie oddano.

Tituli Omnium Sanctorum et S. Hieronymi. Haec in locum lignae, vetustate pene collapsae, murata per illum ac Rmum Dnum Episcopum Hieronymum comitem a Rozdradow e fundamentis est feliciter excitata et erecta, feliciter itidem perficienda et consecranda. Erigitur et turris, templo ipsi contigua. Dominus Deus faveat successibus, opto. Est aliud templum intra oppidum ab annis 50 exstructum per olim R. D. Naropinski canonicum Wladislaviensem et plebanum Raciażnensem, tituli S. Laurentii et S. Margaritae, quibus etiam temporibus frequentior populus confluit, foro non minus quam ecclesiae addictus. Consecratam constat. Anniversarius consecrationis prima dominica post Assumptionis B. M. V. Exstat exemplar indulgentiarum, sigillorum 20 Cardinalium, cuius et authenticum hic est insertum. Porro ecclesia haec quoad necessaria et cultum divinum eo est prae aliis felicitior, quod Rsmum ipsum perpetuum habeat semper inspectorem et revisorem, proin ea quae sunt structurae, non attinguntur hoc loco.

2^o Kosciół

Proventus Ecclesiae. Proventus ac reditus quinque sunt, deserviunt iure antiquo ecclesiae muratae novae, tituli Omnium SS. Haec quae dicitur S. Laurentii: habet annexam unam domunculam veterem, sartam tamen tectam, quam inhabitat vicarius unus. In praecipitio iuxta templum schola ¹⁾. Ex opposito vero templi hospitale. Quod attinet ad ecclesiam Omnium SS., e regione domus est plebani antiqua, reformata tamen et ampliata hypocausto uno et celario. Septam habens aream aliqua ex parte. Adiacentes habens hortos circumcirca 4, quorum unus retro domum, Vistulam versus, spaciosus nimium, stadii nimirum unius, sulcorum 40 circiter. Est et pomerium. Sunt praeterea tres horti, iuxta templum ipsum muratum siti, singuli stadii unius. Latitudo vero primi quidem penes hortum advocatiale 24 sulcorum, secundi autem ex regione ecclesiae versus braxatorium, sulcorum 30; ter-

¹⁾ Obaliła się.

tii vero circa viam publicam, latitudo sulcorum 30. qui et a plebano loci ex medietate crescentiae locantur. Vacant autem hi horti anno quovis tertio et sunt certis limitibus et agris vicinis distincti ¹⁾. Sanctuarii habet duos agri mansos in fundo villae Turzno in omnibus tribus campis, stadiorum 12, versus Dąbrowka. Alius campus versus Brzezno stadiorum 4. Tertius penes villam Turzno stadiorum 7. Sulcorum quilibet campus 30 continens, habetque suas metas proprias. Locantur autem a parochi vel ex censu vel ex manipulo tertio ²⁾. Possent ista decurtata tribulis et virgultis protendi stadia, sed inhihent Dni Capitanei, quin et rubeta et virgulta in fundo plebanali consita ab eisdem possidentur, inque usus privatos convertuntur. Haec recognovit parochus Raciążnensis ³⁾. Item habet prata tria in fundo oppidi Raciąż, Vistulam versus. Primum pratum secus viam depopulationi expositum, curruum faeni 8 circiter. Secundum pratum retro domum plebanalem in declivio, latum uno stadio, longum stadiis duobus, in quo etiam est hortus per modernum parochum de nova radice factus. Tertium pratum non procul ab hoc secundo, sulcos 8 latum, longum stadia duo, scilicet iuxta extensionem pratorum vicinorum. Item habet pomerium in declivio montis arboribus maxime prunorum consitum, situm inter oppidum et ipsam arcem, habetque suas metas. Dni Capitanei in possessionem huius pomerii se saepius ingerunt, cum magna parochi turbatione ac molestia, quin et hortulis suis fundum eiusdem pomerii occupant. Supplicat parochus per definitivam Rmi Dni Episcopi sententiam hoc pomerium assecurari ⁴⁾.

Decimae eiusdem. Decima in Tupadly post araturas emetonum 3, manipularis, quae et extraditur; cassulas siliginis 6 circiter. Decimae Umierze, Markuszewice, Sierzchowo, praediales, quae solvuntur per 2

¹⁾ Teraz je sam orze.

²⁾ Plus minus 5, 6 kop.

³⁾ Teraz nie bronią tego.

⁴⁾ Nie bronią tego teraz.

flor. parcho, ex contractu cum parcho facto. Sed revera hoc modo parochus praeiudicat successoribus, quippe morem et contractus antecessorum pro lege reputant nobiles. Decima in Sierzchowo post agros emetonum duorum recens vindicata, quam similiter flor. duobus redimunt coloni. Decima Święte tam ex praediis, quam ex cultura emetonum, manipularis ¹⁾. Ex sorte Dni Grabski 2 marc. penduntur, iuxta contractum parochi. Ex praediis vero Dnorum Święckich nihil datur. Jure experitur pro decima parochus. Decima Gawrony, alternata cum Bądkow, quae per Dnum Albertum Krzykowski Secretarium redimitur marcis 4. Decima Nieszewy praedialis, non solvitur. D. Albertus Nieszewski ex sua pendit flor. 1. D. Jacobus Nieszewski ex sua sorte itidem flor. 1. Decima Przedwieczerzyno alternata cum Lubanie, sed non solvitur. Decima Toporzyszczewo manipularis, non solvitur, pro qua tamen manet citatus generosus Dnus Nicolaus Kretkowski ²⁾.

Villae parochiales. Raciąż oppidum, villae: Psarzewo, Dąbrowka, Turzno, Umierze, Markuszewice, Sierzchowo, Tupadły deserta, Nieszewy, Kuczek molitor. Kuth molitor indifferens.

Parochus. Ven. Albertus Teruntius Crobensis dioecesis Posnaniensis ³⁾ idemque Canonicus Crusviensis, cuius mores et vitae ratio Rmo Dno bene nota, per hoc tempus vicarium unum pro more alebat. Ad praesens autem duos habet actu presbyteros, quibus et salaria pendit, alteri quidem fl. 20, alteri pollicitos fl. 12 (desideratur confirmatio et ordinatio). Idem habet et ludirectorem cui pendit flor. 6 annuatim. Habet et campanatorem seu Sachristianum, cui pendit flor. 4 ⁴⁾.

¹⁾ Pan podstoli dwie grzywien daje, a pan z Wieli (z Woli) złoty, drudzy obiecują a nie nie dają.

²⁾ Obiecują, a nie nie da.

³⁾ Petrus Chranensis, Dioecesis Gnesnensis.

⁴⁾ Vicarium unum habet cum approbatione ad unum annum, V. Thomam a Przedecz, cui dat salarium, id est 24 flor. od cursu, a od ostarza X. Raciąza flor. 5.

Divinus cultus et Mansionaria. Penes vicarios etiam cura animarum. Diebus dominicis ac festis matutinae maiores, quas comitantur Horae minores de B. M. V. ¹⁾. Tandem matura Missa, quam fraternitas Litteratorum decantat, cui et Catechismus polonicus ^{infra p. 148} per pueros inseritur ²⁾. Concludit summa cum Vesperis cantatis ³⁾. Diebus ferialibus imprimis cursus horarius, quo absoluto, peragitur sacrum quotidie lectum. FERIA tamen 4 cantata fit pro peccatis, feria 6 de passione Dni, sabbato de B. M. V., idque ex praescripto et mandato Rsmi Dni feliciter moderni Episcopi ⁴⁾. Quod ad cursum horarium attinet: Decantatur per duos vicarios. Item per ludirectorem et cantorem et campanatorem, sub mulctis a parochia constitutis, quae et exiguntur et diligentioribus condividuntur. Peccant Mansionarii in hoc, quod in stallis sedentes, absque debito cultu ac reverentia cursum omnem absolvant. Reformatio in eo sita, ut stallis relictis, tam vicarii superpelliceati, quam et reliqui adolescentes, ante maius altare constituti, *Domine labia* et *Venite exultemus* decantent; Lectiones item et orationes et *Te Deum laudamus* flexis genibus. Intonans etiam singularum horarum: *Deus in adiutorium* etc. stans ante altare maius pronunciet devote. Alioqui visi sunt sedere oscitantes et cantare velut dormitantes. Mansionarii provisionem adhuc tenuem habent. Expectatur fundatio. Interim ratione cursus horarii, baccalaureus, cantor, campanator, annuatim per flor. 2 percipiunt, et vicarius unus flor. 4. Porro census hic provenit ex summa quadringentorum florenorum per Rmum Dnum D. Hieronymum comitem a Rozrazow, Dei gratia episcopum Wladislaviensem etc. pro Mansionariis ecclesiae Raciążnensis pie donata ac fundata et ad manus

¹⁾ Landes tylko śpiewają.

²⁾ Ma to być.

³⁾ *Nota:* Diebus dominicis et festis non cantant cursum B. V. M.

⁴⁾ Teraz czytają te msze, szkolny i szpitalny, płacą Rozrazewskiego i w kaplicy przeto i w kościołach inaczej.

magistratus oppidi Raciaż concredita, inque agris et fundis oppidanorum inscriptione civili Raciażnensi obligata, ex qua census deinceps provenire debet flor. 24 annuatim, cuius quidem dispositio ipsinet Rmo Dno adhuc relinquitur. Item V. Simon Zaleski, plebanus in Slonsko idemque Mansionarius Służewiensis donavit eisdem Mansionariis praedictis flor. 40, pro quibus emit censum gros. 72 in dono et fundo Alberti Golembowski civis Raciażnensis obligatum. Census hic provenire debet Mansionariis et ministris ecclesiae Raciażnensis, iuxta ordinationem factam et a Rmo Dno Episcopo confirmatam et actis civilibus insertam, idque ratione ministerii ibidem praescripti ¹⁾. Habent iidem et pensiones quasdam a Fraternitatibus, de quibus infra. Porro de Mansionariis notandum, eos interdum parum vocationem suam tueri, quippe vicarius Stanislaus in tabernis in noctem multam prolixius commoratur, rixas ibidem cum rusticis exercet et etiam cultum divinum negligit, saepissime autem Vesperas. Alter Joannes Kurosz, nuper ex dioecesi Gnesnensi in hanc dioecesim, triduo ante ipsum diem festi Natalis Dni, praemissa in has oras coctrice, temere profugus. Hanc coctricem praemittit ubique eiusque nutus et consilia sequitur. Nieszewiae etiam hanc coctricem alit. Suspectas etiam habet formatas, testimonio parochi Raciażnensis. Nec litteras testimoniales bonae conversationis ex dioecesi tulit. Iam vero in exequendis iis, quae sunt sui muneris ac officii per parochum manducuntur, saepius etiam pro merito corriguntur, refractarii propelluntur ²⁾. Decalogus non canitur ³⁾.

Victrici. Duo oppidani iurati ac possessionati, Dokupich et Pająk ⁴⁾. Collectam faciunt cum tabula. Rationes accepti et expensi scribunt. Reddunt etiam parochi officio Rsmi ⁵⁾. Vinum, thus, ceram, fa-

¹⁾ Nie daje nic.

²⁾ Nie oddawają porządnie zwonarzowi rzeczy kościelnych.

³⁾ Bogarodzica i Catechizmu nie masz.

⁴⁾ Wolski.

⁵⁾ Rachunek czynić trzeba.

bricam, lotionem vestimentorum et alia omnia necessaria, procurant. In paratis habent flor. 6 ¹⁾, in debitis vero apud D. Plebanum Raciaż fl. 10, apud Albertum Grabek flor. 10 ²⁾. Sunt et alia debita antiqua iuxta Regestra victricorum, executioni subiecta, quam tamen nemo urget. Claves ecclesiae campanatori iniurato conceduntur, qui semper cum vicario habitat. Depositum tamen ecclesiae universum sub clausura victricorum speciali asservatur. Caeterum iidem victrici habent ex fundatione quandam portionem agri in campo uno duntaxat, quae nuncupatur Podole, at hic ager anno quovis tertio vocat ³⁾. Pratum item eidem agro contiguum, curruum faeni octo circiter. Censum nihilominus inde persolvunt ecclesiae flor. 4, causantur tamen se hoc censu gravari, quippe et onera multa in ecclesia sustinere sunt adstricti. Supplicant Rmo Dno eundem diminui ⁴⁾.

Fraternitates. Tres fraternitates ad ecclesiam, Litteratorum, pauperum, sartorum. Officia sua exequuntur et regulariter observant: soli tamen sartores suas leges et munia negligunt ac penitus postponunt, nec admonitiones parochi curant. Sola etiam fraternitas Litteratorum a Reverendissimo confirmationem obtinuit; reliquae non item. Ministerium Litteratorum est Missam maturam diebus dominicis ac festis decantare. Iidem litterati vigiliis et Missam pro defunctis (uti et fraternitas pauperum) fieri procurant et

1) Legata do dwu set złotych.

2) Pożyczyli pieniądze 5 flor.

3) Urodzi się żyta plus minus kop. 10 albo więcej a siana wozów 8.

4) *Nota.* Pan sędzia Brzeski dał flor. 100, które rozdano 4 civibus, czynszu dają 6 flor., singulis mensibus unum sacrum i na suche dni unum sacrum, a w poście każdy tydzień, z tych pieniędzy flor. 1 do bractwa literackiego.

*) *Nota.* Katarzyna Misiórka przed 6 lat odkazała majątność swą na kościół, którą przedano za 200 złotych; podnieśli kościelni 120 złotych, a jeszcze 80 flor. zostało, aż się testament confirmuje: z tych pieniądze pożyczili 50 flor. Bolowi do Nieszewi, a ostatek mieszczanom Raciażkim.

in singulos anni quadrantes, ministris Ecclesiae gr. 8 persolvunt. Fraternitas vero pauperum gr. 9, at sarto- res nihil. Habent hi suum Wilkurum (hoc est leges et ritus aliunde mutuatos), quo etiam libertates suas teneant, at hic Wilkur nec est a Rmo Dno confirma- tus, nec etiam in praecipuis punctis et clausulis, ma- xime ecclesiastica munia concernentibus, non obser- vatur. Una tales fraternitates corrigendi ratio, si li- bertas cuique, etiam advenae, sartoriam exercendi per- mitteretur, certe ipsi mox se in ordinem redigi sup- plicarent, hoc malo perculti ¹⁾).

Supellex Ecclesiae. Inventarius habetur sufficien- ter connotatus, cuius exemplar unum penes victricos, et aliud necessario habere deberet ipsemet parochus, quod non habet, quia vero in promptu est, consulto hic non est insertus ²⁾).

Libri Ecclesiae. Missalia Romana duo. Agenda reformata una et altera antiqua. Graduale perga- meneum laceratum et mutilatum. Antiphonarius scrip- tus integer, vetus tamen. Psalterium novum, impres- sum in folio. Biblia sacra, praeterea nulli ³⁾).

Hospitale Raciążnense. Domus pauperum ex op-posito ecclesiae S. Laurentii, olim per nobilem Je- mielska pauperibus donata. Pauperes continet 8. Cu- ratores hospitalis parochus cum victricis. Leges et ordinationes praescriptas habent, quas et observant,

¹⁾ *Nota.* Vitricysze używają niektórych małych sztuk rol na kościół legowanych, lepiejby je sprzedać.

²⁾ Szpital: ogród Mazurkova im zapisała i mają go wóz, albo 3 albo 4 siana z niego. Item sto złotych od X. Raciąza, których rozpożyczali opiekunowie. Item drugie sto złotych od tegoż X. Raciąza także rozpożyczali, dają 5 flor. altaristis a szosty złoty do bractwa literackiego na Requiem diebus lunae. Z tych pieniędzy 68 wydali na potrzeby kościelne uti infra.

Nota. Marusza Mazurkova 1606 (1604) odkazała flor. 100 na majetności do kościoła; podniesione te pieniądze, pożyczyli z tych pieniędzy flor. 33 gr. 15 u X. plebana, flor. 19 gr. 15 u Kropidasi flor. 8 u kowala, flor. 6 ostatek, 68 wydali na kościelne potrzeby.

³⁾ Biblią pan sędzia Brzeski. Tulibowski, a Raciąż Baro- nieszka polskiego i Decretum Gratiani.

superintendente Domino parochu. Littanias intermittunt, quippe cum illis rarissime recitantur, nec est, qui id muneris ex professo exerceat.

Hortulum habet adiunctum sulcorum 6, qui et oleribus conseritur. Item habet pratam angustum in campo Wola, vix unius currus faeni. Caeterum provisionem nullam habentes, eleemosinis piorum victitant. Cum sporta diebus dominicis et feriis sextis obambulant. Mensam communem et penu unum habent, quorum omnium provisor unus vetulus senior. Ligna, ollas, sal, butyrum, oleum ipsimet sibi provident, quamquam pixis eleemosinaria eos iuvat. Annis superioribus ex pia provisione Rmi Dni siliginis metretas 10 et nonnulla alia capiebant. At hoc anno ex arce nihil adhuc iuxta ordinationem Rmi collatum ¹⁾).

Litterae Indulgentiarum Ecclesiae Raciążnensis.
Rodericus Portuensis, Olmerius Sabiniensis, Marcus Praenestensis, Julianus Ostiensis, Joannes Albanensis: Episcopi; Joannes tituli S. Praxedis, Joannes tituli S. Marcelli, Gabriel tituli SS. Sergii et Bachi, Hieronymus tituli S. Chrysogoni, Petrus tituli S. Nicolai inter imagines, Dominicus tituli S. Clementis, Georgius tituli SS. Petri et Marcellini, Paulus tituli S. Sixti, Joannes tituli S. Sabinae, Joannes tituli S. Vitalis, Joannes Jacobus tituli S. Stephani in Celso monte, Pres-

¹⁾ Dawano za Tarnowskiego i Tylickiego i legumina i suknie. Zamilezeli u Jadama parobka, co służył, X. plebanowi wszystko odkazał Jadam, wzięli 9 flor., pytać o bydło, sprzęty i rolę. *Nota.* Blasius Bieły 1605 odkazał do kościoła 20 flor. i oddano je. Wziął ich Jadam Dybizban. *Nota.* Z dóbr Miesiorowskich ruchomych co owo 200 flor. od niego tedy wzięto 8 złotych; pytać o życie i jarzynach, bidle, wołach, owce etc.

*) Zamilezeli dwupiósek Seroczyńskich, orzą je wytrikusze, plus minus 3 kopy urodzi się.

**) U Zawalika legowanych złotych 10, 1606 r. trzeba instare. U Gromika, reszta flor. 4 zlegowanych niboszczyka Kraski, ktury legował flor. 22. U Sabau flor. 11, dał już przed tem flor. 13. Na Wachelińskiej płosie flor. 22 legowane, czynić o nie u Klateczyny, za żyto Mysiorowskie flor. 6, czynić o nie u pani Zakrzewskiej; flor. 26, za szaty syna legowane. Masztalesz biskupi dał 7 flor. Na domie Olszakowskim flor. 6.

byteri; Franciscus S. Eustachii, Raphael S. Georgii ad Velum aureum, Joannes S. Mariae in Aquino: Diaconi, Miseratione Divina Sacrosanctae Romanae Ecclesiae Cardinales. Universis Christi fidelibus, praesentes litteras inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Totiens Christi fidelium animarum salus efficaciter procuratur, quotiens ipsorum devotio per munera spiritualia ad Omnipotentis Dei et Sanctorum eius laudem et honorem incitatur. Cupientes igitur ut parochialis Ecclesia Sanctorum Laurentii et Margarethae virginis in Raciaz Wladislaviensis Dioecesis, quae quidem Ecclesia cum campanis et aliis suis rebus per ignis voraginem una cum oppido est, ut accepimus, absumpta, congruis frequentetur honoribus et a Christi fidelibus iugiter veneretur ac in suis structuris, aedificiis, campanis et aliis, sic igne vastatis, reaedificetur, instauretur et conservetur, luminaribusque, libris, calicibus et aliis ecclesiasticis ornamentis, divino cultui necessariis, decenter muniatur, ibique cultus divinus augeatur: utque Christi fideles ipsi eo libentius devotionis causa confluant ad eandem ac ad praemissa manus adiutrices porrigant, quo ex hoc ibidem dono coelestis gratiae uberius conspexerint se relectis supplicationibus etiam dilecti Nobis in Christo Mathiae eiusdem Ecclesiae Rectoris, de Omnipotentis Dei misericordia ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum autoritate confisi, omnibus et singulis utriusque sexus Christi fidelibus, vere poenitentibus et contritis et confessis, qui dictam ecclesiam in singulis, videlicet Ascensionis Dni nostri Jesu Christi, S. Margarethae ac S. Laurentii et Omnium SS. Patronorum dictae ecclesiae, nec non ipsius ecclesiae Dedicacionis festivitibus et diebus, a primis Vesperis usque ad secundas Vesperas inclusive, devote visitaverint annuatim, ac ad praemissa manus porrexerint adiutrices: Nos Cardinales praefati, videlicet, quilibet Nostrum pro singulis festivitibus et diebus praefatis, quibus id fecerint, centum dies de iniunctis paenitentis misericorditer in Domino relaxamus, praesentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum fi-

2901

dem praesentes Nostras litteras fieri et Nostrorum sigillorum iussimus appensione communiri. Datum Romae in Domibus Nostris, Anno a Nativitate Dni 1485, die quinta mensis Aprilis, Sanctissimi Pontificis in Christo Patris et Dni nostri Domini Innocentii Papae.

Służewo.

Oppidum nobile, ad praesens tenutae Mfcae Margarethae Kostkowna a Stembergk palatinae Braestensis ¹⁾). Ecclesia parochialis tituli S. Joannis Baptistae. Eadem murata an. Dni 1580 per Magf. D. Joannem a Służewo, palatinum Braestensem ipsiusque conjugem Margaretham, una cum turri exstructa. Olim fuit lignea, quam idem D. Palatinus ad Brodnia, villam Rmi Dni Wladislaviensis, transtulit. Consecrata per Rev. D. Stanislaum Karnkowski anno Dni 1581. Anniversarius consecrationis dominica prima post Michailis. Altaria 4 murata, cum suis portatilibus integris. Maius altare dicitur esse una cum templo consecratum, in quo et supermuratum portatile habetur. Sacellum muratum, templo annexum, cum altari, at nondum consecratum. Proinde nec celebratur in eo ²⁾). Ciborium et baptisterium et templum et sacrarium sub clausura firmiore, ac ut munde servantur, datur opera ✓

Parochus et officia. Erectio non invenitur, praeter quamdam ordinationem cultus divini per Rev. olim Sbigneum episcopum Wladislaviensem praescriptam, quae ex actis Consistorii Wladislaviensis habetur inserta. Juspatronatus penes haeredes in Służewo ex una, ac Dni Poczalkowski et Grabski in minori Przybranowo ex altera partibus, vigore alternatae. Circa eandem ecclesiam ante annos 150 duo fuerunt plebani, sed per Rev. Sbigneum Ep. Wladislaviensem argentibus

¹⁾ Pana Jana Rozdrażewskiego. Opiekun pani Bruczowskiej.

²⁾ Powiadali de indultu, słownie pozwolono do kaplicy od Jęgo M. X. Biskupa.

dominis concollatoribus, alter parochorum exstinctus est. Unde in locum alterius exstincti plebani ipsiusque dotem ac reditus, successerunt mansionarii 4¹⁾, ad cursum de B. M. V. canendum et ecclesiastica munia omnia obeunda destinati. Alter vero plebanus nomen Praepositi per sententiam eiusdem Reverendissimi sortitus est. Praepositus itaque modernus Ven. Mathias Dambrowski 2) idemque archidiaconus Cruviciensis et plebanus in Ostrowas, investituras habens et dispensationem, pro archidiaconatu tantum dispensationem non habet. Hic habet ad ecclesiam Mansionarios eosdemque Vicarios tres, e quibus unus per Magf. olim Palatinum Braestensem auctus certis proventibus, concionatoris munus obit. Ad praesens id oneris Praepositus ipse sustinet, quaeritur idoneus concionator interim. Cursus per eosdem quotidie canitur, et Horae maiores temporibus certis, iuxta praescriptum Ordinationis, loco Horarum minorum. Diebus dominicis et festis matura et summa Missa decantatur, praemisso Nocturno horarum canonicarum et cursu horario. Vesperae diebus dominicis ac festis per scholares canuntur 3). Diebus profestis Missa de B. M. V. vel de die; feria 6 de passione Dni cantata, semper cursum de B. M. V. sequitur. Rector scholae diebus festis, Campanator autem quotidie cum mansionariis cursum de de Domina decantant. Lectae ordinarie tres in septimana, una de Annunciatione et duae fraternitatum pro defunctis, quanquam plures interdum. Sacramenta sancta ut sancte et caute administrentur, curat Praepositus. Vinum purum, hostiae, purificatoria et corporalia munda. Pallae aliquot vetustiores et maculatae, raro tamen adhibentur. Metriculae conficiuntur baptisatorum et contrahentium. Banna, confessio, com-

*nto. Karwojczyca tu
mamyman - wlkanyen
jak w Radziejowic
cf. in capite huius libri*

1) Teraz jedno 2.

2) Gasper Sobolius.

3) Pro festo Annunciationis B. M. V. et Corporis Christi et per octavas horum festorum, pytać strony o wielkiej noey i inszych solennitates i in hebdomada saucta, quibus temporibus nie śpiewają cursum.

munio sacra ante matrimonium praemittuntur. Extrema unctio in usu est. Intra baptisandum cereus accensus adhibetur, nec extinguitur donec liquores sacri serventur. Catechismus polonice recitatur. Decalogus et Bogarodzica canuntur. Pro concione oratio dominica, *Ave Maria*, *Credo*, interdum *Decalogus*, vel recitatur vel per scholam canitur ¹⁾.

Na
Koranic

Proventus eiusdem Ecclesiae. Proventus sunt multiplices ac singuli ecclesiae ministri suos peculiare circa ecclesiam habent redditus, scilicet Praepositus, concionator, mansionarii tres, ludirector, cantor, campanator. Praepositus agri habet mansum unum in Służewo in omnibus tribus campis, iuxta proportionem mansorum civilium, mansus latus sulcis 6, alibi 7, idque soli sterilioris maiori ex parte, quem locat Praepositus ex tertio manipulo oppidanis ²⁾. Pratum Smosarz in borea, non procul a Ciechocinek, dicitur Praepositi olim fuisse, sed quia rubetis implicatum est et virgultis, antecessores illud neglexerunt; eius reliquiae cuivis patent. Decimae Praepositi: decima post araturas oppidanorum manipularis antiquitus fuit, quae etiam a quadriennio moderno Praeposito extraditur, aliquando eam vendebat oppidanis Praepositus marcis 26 ³⁾; decima post araturas colonorum ⁴⁾ Starawieś, eam etiam hoc biennio decimavit Praepositus, aliquando idem vendebat colonis marcis sexdecim ⁵⁾; decima ex tribus praediis villae Oszno, non solvitur, nam post araturas colonorum Rev. D. Episcopum concernit; decima ex villa Pulwiosek, post agros cune-

¹⁾ Na każde suchedni śpiewają wigilie i mszą kapłani od bractw krawców, szewców i piwowarów, a oni dają od wigilii po 15 gr.—Teraz 3 mansionarii, a nie mają ani commed ani investitur, domków kapłańskich 3 niszczeją.

²⁾ 3 cassulae z niej żyta.

³⁾ Wytika ją proboszcz plus minus 30 kop. żyta z pod tego pola, latoś wziął 80 flor., sprzedał je mieszczanom, 65, provideją ztąd księdza, Organistę, szkołę i szpital.

⁴⁾ 8 chłopów.

⁵⁾ Wytika, albo płacą, plus minus 18 kop., a kiedy płacą tedy 24 marcas.

tonum et praediales, non solvitur, 5 olim emctones fuerunt, nunc tantum 2 ¹⁾, praedium ex mansis colonorum desertis factum. Excommunicatus a iure D. Sobiesierski ²⁾, hoc nomine. Decima ex praediis duobus Przybranowo maior, non solvitur ³⁾. Ex uno tamen suo praedio Dnā Grabska, podsejdkowa, solvere solet marcas duas, aliquando tres ⁴⁾. Hortulani sunt numero 12 et faciunt plateam dictam Cholewa; sex locati sunt in fundo Praepositi, qui et censum solvunt Praeposito et labores praestant in summa flor. 2; et 6 reliqui in fundo Mansionariorum, (qui olim alterius fuit plebani), qui et censum solvunt Mansionariis in summa flor. 2 gr. 12 et labores praestant. Curia sibi Służeviensis, sub antecessore meo R. Mathia Wyszczelski eiusque conniventiam, hos hortulanos vendicabat et ad labores praestandos cogebat; at tandem per praepositum Ven. Mathiam Dąmbrowski sunt in libertatem vindicati, excitatis ad hoc comprobandum omnium fere oppidanorum testimoniis, quae et actis civilibus inserta esse voluit Praepositus. Area ipsius Praepositi septa et clausa hortumque habet adiacentem cum pomerio, quod quidem per eundem Praepositum est a quodam oppidano, uti ab illegitimo possessore, iuridice ereptum, numeratis nihilominus a Praeposito marcis 5, odii mitignandi gratia. Transactio iuridica est actis oppidi inserta. Borea Służeviensia tam Praeposito, quam Mansionariis pro usu proprio fuit semper libera, nec etiam nunc inhibetur ⁵⁾. Item decima praedii Służeviensis: Magfca Dna Palatina ex eodem praedio ratione decimae conferre solet quotannis Praeposito Służeviensi frugum diversi generis cassulas 30.

Mansionarii gaudent etiam suis redditibus, hoc modo. Habent imprimis semilaneum agri, in campo Broniszewo haereditarium, una cum prato in palude

1) Dwaj chłopi placą 48 groszy.

2) Umarł.

3) Fuit absolutus, facta satisfactione.

4) Już umarła, syn kiedy chce daje.

5) Zakazuja.

Tażyna sito. Item alterum semilaneum in Wola, villa parochiali. Ex his agris tertiam partem omnis crescentiae percipiunt a colonis, quibus hi agri a triennio in triennium locantur, ut videre est in actis oppidi Służewo. *Decimas* habent infrascriptas: Decima ex villa Broniszewo post araturas colonorum XI manipularis, quae est eisdem Mansionariis annis superioribus duobus extradita crescentiae utriusque ¹⁾. Ibidem manipularem habent decimam ex mansis duobus advocatiae Broniszewiensis, quae ipsis per hoc sexennium semper est extradita manipularis. Decima ex villa Goszczewo manipularis ²⁾, valoris marc. 8, non solvitur. Decima ex villa Białeblota ex singulis laneis, quia sunt numero 7, per gr. 20 ³⁾, sed non solvitur. Praedium ex desertis agris factum, ex quo etiam nihil datum. Decima ex villa Poczalkowo post araturas emetonum, non solvitur. Ex contractu quodam antiquo tenebantur dare quotannis marc. 3 coloni et 5 modios tritici et 3 pisae, at nihil prorsus datur. Praedialis decima spectat ad Straszewo. Decima ex villa Wola, ex laneo quolibet per gr. 12 solvitur ⁴⁾. Item decima ex certis portionibus agri seu hortis plateae Brestensis ⁵⁾, sic dictae, et ex portione agri ultra lacum, quae dicitur Wierzyńska, percipiunt decimam manipularem. Item Concionator solus decimam percipit manipularem ⁶⁾, iuxta fundationem privilegiam per Magnificum olim palatinum Braestensem Joannem a Służewo pro concionatore Służewiensi factam ⁷⁾, et actis castrensibus Radzieiowiensibus an. Dni 1565 insertam ⁸⁾. Hos agros, seu portiones agrorum, quae sunt numero 12, excolunt oppidani Służewienses. Jam vero tres portiones agri sub

¹⁾ Dają wytyczną plus minus 15 kop.

²⁾ Pan Boruski et Żółtowski nie płacą.

³⁾ Pan Imielski nie daje.

⁴⁾ Jedno dwaj, reliqui ubóstwo.

⁵⁾ Plus minus wszystkich kopa.

⁶⁾ Z folwarku co go zowią kopanią.

⁷⁾ *Nota.* Quia Antiphonam Lux clarescit in via etc. śpiwają ją.

⁸⁾ Miał then kopę żyta y 15 snopków.

Magfa Dna Palatina pro praedio conversae, ex quibus maiori cum molestia vix aliquid penditur.

Census item eorundem sunt hi. *Census* reempticii Dna Grabska, podsędkowa ex Przybranowo maiori, in quodam lanco dicto Racki, obligati we dwudziestu kop szelągów, solvit quotannis fertones 6: cuius et authenticum ¹⁾ sigillatum habetur et in sacratio asservatur, vix iam legibile. Item *census* Gezowska Annae sexagenae unius a summa flor. 30, pro hospitali, Mansionariis et rectore scholae donatorum, proinde *census* capiunt hi aequaliter per gr. 20, flor. 10. Ex hac summa tenet oppidanus Kosciesza flor. 10, oppidanus Balcer 10, et flor. 10 fraternitas sutorum ²⁾. Item *census* Ven. Alberti Ruta itidem unius sexagenae a summa 30 flor., quam idem Ven. Pater Mansionariis dictae ecclesiae donavit, ratione ministerii ³⁾, Vigiliarum et Missae pro defunctis, quater in anno decantandae. Hanc summam in debitis ostendit, quae nondum est plene vindicata, post confirmationi Rsmi subiicitur. Item *census* ex hortulania Cholewa ⁴⁾ sexagenae unius. Item a Magnifica Domina Palatina, ratione votivae de Annunciatione B. M. V. sexagenam ⁵⁾. Item fraternitas sutorum dat eisdem ⁶⁾ sexagenam ⁶⁾. Item fraternitas sartorum ⁶⁾ sexagenam. Item *census* marcarum duarum hi tres Mansionarii percipiunt a 4 colonis oppidanis, ratione culti fundi Kopanina. Privilegium super hortulania Cholewa iactabat quondam se habere D. Stanislaus Jemielski, at

¹⁾ O tym autentiku powiadaya u pana Imielskiego.

²⁾ *Nota.* Proboszcz bierze.

³⁾ Z tych pieniedzy 10 złotych w świeckim cinszu, 10 u Baleera zduna, 10 u Wojciecha Koszciesi, po 20 gr. daja do szpitala w części i pytać się o fundacyi i konfirmacyi tych czinszów.

⁴⁾ Z Cholewy powinni byli i cinsz kapłanom i robotę dzień we dwie niedzieli. Teraz Dwór, instinctu feminae nobilis Święciczka possidet; 13 dni robia do roku zamkowi a cinsz proboszczowi i kapłanom; okazja tego wzięcia morositas proboszcza.

⁵⁾ Nie ma thego nie.

⁶⁾ Conqueruntur, że nie w każdy tydzień odprawiają, jak przedtem, jedno na suchedai sacrificia pro mortuis.

ostendere illud recusat. Item columbationis percipiunt flor. 5 circiter, quam eis condonat Praepositus. Insuper Magficus Dnus Palatinus Brestensis prospectum iri cupiens ecclesiae Dei et pauperibus, pro sua singulari in Deum et amicos eius pietate et liberalitate, legavit testamento quatuor millia florenor. pro ecclesiae Służeviensis ministris et hospitali. Tria millia flor. sunt penes Dnos Petrum et Gregorium Grabskie, legitimos generosi olim Lucae Grabski castellani Crusviciensis successores; cui haec tria millia flor. Dnus Palatinus praedictus mutuo dederat, inscriptione ab eo iuridica in actis castri Radzieiowiensis obtenta. Defuncto Dno Palatino hospitale Służeviense cum ministris ecclesiae testamentum, successores vero Dni Palatini Dni Potuliczii inscriptionem, uti ad se iure devolutam, urgebant, unde ratione successionis hanc summam a Dno Luca Grabski levare voluerunt, ac proinde ad inscriptionem avunculo suo factam, citaverunt eundem. Et cum plures essent competentes actores, scilicet hospitale et Dni Potuliccy, a foro castrensi Radzieiowiensi causa omnis ad tribunal Regni devoluta. Tribunal decrevit: partem utramque de potioritate iuris experiri debere in foro fori; causa ergo indecisa manente, Magficus Dnus Palatinus Calissiensis Petrus a Potulice, persuasionibus Rmi in Christo Patris et Dni D. Hieronymi a Rozrazow episcopi Wladislaviensis, affinis sui, sapientissimis permotus, introspecta etiam attentius testatoris avunculi sui Domini Palatini Brestensis Joannis a Służewo extrema piae voluntate, existens eiusdem legitimus successor, cum nepote una et nepotibus suis duobus, Joanne et Stanislaio Potuliczkie, transfudit ius suum, quod se tenere vigore inscriptionis Radzieiowiensis praetendebat, pro suo interesse, videlicet mille quingentos flor. in actis castri Posnaniensis de hac praefata summa, cuius meminit testamentum, idque pro ecclesia et hospitali Służeviensi, actum Posnaniae an. D. 1591. Idem fecit idem Magficus Petrus a Potulice in actis Brestensibus ex sorte neptis suae annae Kościelecka, empta apud eandem sorte in Służewo ipsam concernente, super

flor. quingentos, idque anno Dni 1592. Idem praestiterunt Dni Potulicij, Joannes et Stanislaus, in actis Posnaniensibus castrensibus, super summa pro suo interesse mille flor: idque anno D. 1594. Iam ergo hospitale Slużeviense cum ecclesiae ministris possident hanc summam trium millium flor. partim vigore testamenti, partim vigore harum transfusionum praedictarum, quibus ipsum testamentum est valde roboratum. Citati igitur ad reponendam summam praedictam, vigore paternae inscriptionis, Dni Grabscii, Petrus et Gregorius, per Ven. Mathiam Dambrowski praepositum Slużeviensem, transfusiones has rationabiliter confutaverunt et invalidas ostenderunt ex eo, quod in his transfusionibus nulla omnino Praepositi Slużeviensis fiat mentio, sed solum pauperum hospitalis, curatorum, sacerdotum, ministrorum, cantorum, in ecclesia circa hoc idem hospitale nunc et in futurum pro tempore existentium. Ac proinde Praepositus, uti actor incompetens, pro hac summa nec agere, nec eam levare et quod maius est, quietare nullo modo potest, proinde supersedit a iure proseguendo ad modicum Praepositi. Egit interim anno praesenti nuper Toruniae cum Magfco Dno Palatino Calissiensi, uti Dnus Palatinus has transfusiones melioraret, mentionem Praepositi Slużeviensis, uti primi et praecipui curatoris faciendo, dans eidem plenam et omnimodam facultatem, summam eandem in eosdem modo quo praemissum est, cessam et transfusam tollendi, levandi, percipiendi et de percepta quietandi, iure pro ea agendi etc. Magfcus igitur Palatinus postulatis concessit, seque hac in parte consilia sua cum Magfco Dno Castellano Posnaniensi Rozdrazowski communicaturum spopondit. Atque ita haec melioratio transfusionum expectatur a Praeposito Slużeviensi, quam ubi nactus fuerit, haud dubio securus Dnis Grabscii litem intuentabit, quod ut quamprimum fiat Illmi Rmi Dni Episcopi patrocinio opus est pariter et auxilio.

Est praeterea quartum mille flor. ab eodem Magf. Palatino Brestensi Joanne a Slużewo pro hospitali ac ecclesia Slużeviensi ministris eodem testamento lega-

tum. Citati hoc nomine Magfei olim Palatini successores per Ven. Mathiam Dąmbrowski praepositum Służewiensem, Dni Potulicii, causaque et actione in foro terrestri Lipnensi, tandem in Tribunali, denique in foro castreusi Bobrownicensi transacta, usque ad ban-
nitionem, tandem aliquando hos mille flor. ad manus Praepositi Służewiensis supranominati numeraverunt et in effectu reposuerunt. Hoc modo Magfcus Dnus palatinus Calissiensis Petrus a Potulicee flor. quingentos numeri pol. in castro Radzieioviensi an. Dni 1598 per Praepositum Służewiensem quietatus. Generosi Dni Joannes et Stanislaus Potulicii flor. trecentos triginta tres quietati per Praepositum Junivladislaviae. Magfcus D. Palatinus nomine neptis suae Annae flor. centum sexaginta sex et gr. 20, quietatus per Praepositum Służewiensem in Castro Bobrownicensi. Hos porro mille flor. idem praepositus Służewiensis Mathias Dąmbrowski commodavit (sic nam necesse fuit) generoso Dno Petro Grabski de Włoszyca, inscriptione ab eo super hac summa in actis castri Radzieioviensis an. Dni 1598, circa diem festum S. Michaëlis, ad spacium tantum annorum duorum sufficienter obtenta. Iis conditionibus, ut sine lite ac controversia post spacium duorum annorum hos mille flor. ad manus moderni Praepositi Służewiensis vel eius successoris reponeret. Et interim quotannis (super quo specialis est inscriptio facta), censum flor. 60 ad manus eiusdem Praepositi numeraret per ratas: rata 1 pro festo paschae 30 flor., altera rata itidem 30 flor. pro festo S. Michaëlis. Huius vero census dispositio Illmo et Revmo Dno Episcopo feliciter moderno relinquitur, quem nondum percepit, at percepturus est Praepositus ¹⁾). Praepositus vero Służewiensis, quoniam tenuem habet provisionem ac quodammodo incertam, utpote in decimis fundatam, tum etiam quoniam ex fundatione Magfei Dni Palatini nihil prorsus participat, pondus interim diei et aestus

¹⁾ *Nota:* quatuor millia de quibus tot fuerunt controversiae, data sunt ante biennium Thorunczanom, dają czinszu 240 fl. i oportune dają, videnda transactio, urgenda confirmatio et erectio.

vindicando et dispertiendo legata omnia sustinens et omnia intente dispiciens, etiam non parcendo propriis sumptibus: e re ecclesiae et hospitalis foret, si hic census 60 flor. pro Praeposito Służeвиensi cederet, vel ea lege et condicione: primum ut Praepositus Służeвиensis hoc nomine ad residentiam Służeвиiae sit adstrictus; deinde vero ut strepitus iuris omnes, tam ex parte summae, quam census repetendi et exigendi, in se recipiat, suisque impensis propriis recuperet et vindicet, tam ecclesiae ministris, quam hospitali fideliter inserviendo. His ita confectis, sciendum restat: quod Dni Grabseii, Petrus et Gregorius, a summa trium millium florenorum inter se dispertita quotannis per certas ratas solvunt census certi consueti flor. centum et octoginta, hospitali et ecclesiae Służeвиensi, a Praeposito Służeвиensis ecclesiae quietati ¹⁾. Ex his 180 fl. stipendium datur ministris ecclesiae hoc modo: Concionatori in singulos anni quadrantibus flor. 7: summa annui stipendii flor. 28 et pro panno flor. 2, gr. 15 ²⁾. Mansionario secundo annui stipendii flor. 8 et pro panno gr. 50. Mansionario tertio annui stipendii flor. 8 et pro panno gr. 50 ³⁾. Rectori scholae annui stipendii flor. 12 et pro panno gr. 50. Cantori annui stipendii marcae 4, et pro panno gr. 50. Campanatori annui stipendii grossi 36 et pro panno gr. 50, idque iuxta praescriptum in ordinatione fundatoris. Reliquum quod superest, cedit pro hospitali Służeвиensi, quod alit communiter 15 pauperes. Dispensationis moderator praepositus Służeвиensis, deputato ad hoc munus exequendum Ven. Simone Zaleski mansionario, rationem suae dispensationis Rsmo Lociordinario redditur.

Notandum. Rector scholae ultra hoc salarium flor. 12 etc. habet medietatem decimae ex praediis Oszno, sed non solvitur. Census Gezowska gr. 20. Decimam ex uno laneo Służeвиensi manipulare, quae dicitur

¹⁾ Nie dają; niejako ich pozywają.

²⁾ Theras jedno 5, na kwartał sukna nic.

³⁾ *Nota.* Od czwartego tysiąca, isz przybelo, tedy dwom mansionarzom daje po 16 złotych na rok y rectori 16, cantori fl. 12.

klin, Toruniam versus, quae et extraditur ¹⁾. Participat idem cum Mansionariis de quinta parte accidentium. Item strena eiusdem propria in villa Przybranowo. Et campanator praeter salarium legatum, a Praeposito annuatim capit flor. unum, idque ratione cursus, quem decantare tenetur.

Victrici ²⁾. Victrici tres oppidani possessionati, cum tabula obambulant; registra conscribunt, rationes quotannis Praeposito reddunt; vinum, thus, ceram mundiciem vestium et reliqua procurant. Hi vero rudes, ad omnia tepidi et ignavi. Unde omnis cura intra ecclesiam Sachristiano plerumque committitur.

Villae parochiales. Służewo, Broniszewo, Goszczewo, Wola, Starawieś, Połowoszek, Oszno, Przybranowo maior, Kopanina praedium. Haeretici in hac parochia nulli sunt. Raptores decimarum: D. Sobiesierski, D. Joannes Grabski haeres in Oszno, D. Albertus Grabski in Przybranowo, D. Jemielski de Poczalkowo, D. Grabski Petrus et D. Branski haeredes in Goszczewo, D. Sebastianus Grabski haeres in Białobłota. D. Sobiesierski ab annis 10 excommunicatus ratione raptae decimae. Reliqui non confitentur, nisi forte alibi. Coloni confitentur omnes pro festo paschae. Pauci confirmandi, in quantum cognoscere potuit Praepositus. Populus saepius confitetur et communicat, quorum multi in societate Rosarii capellae Dominicanorum Torunii ³⁾.

Fraternitates. Fraternitates tres habentur: Litteratorum ⁴⁾, sutorum, sartorum, secundum regulas suas vivunt, quas et observant. *Litterati* tamen, qui ad decantandam Missam maturam persuasi a Praeposito accedebant, iam tandem a proposito resilierunt, scilicet, isti grobiani gratis nolunt esse boni; et ubi nullum vident lucrum, nullum corporale emolumentum, facile contemnunt. Si de praemiis spiritualibus disserueris,

¹⁾ Plus minus 40 snopów.

²⁾ Paweł świec, Balcer zdun, Kasper świec (szewe).

³⁾ Zaniechali theraz.

⁴⁾ Ustało literackie.

surdo fabula. Olim haec fraternitas *pauperum* vocabatur. Exstincta omnino. *Sutorum* et *sartorum* viget. Vigilias et Missas pro defunctis singulis quatuor temporibus fieri procurant, lectas. Eadem quater in anno cantatae, ratione cuius ministerii per 1 sexagenam pendunt suis capellanis. Ceroferaria sua habent et feretra. Tumulant etiam mortuos, accensos cereos ad elevationem Corporis Christi manutinet, et id genus. Pro fundatore etiam hospitalis et ecclesiae Dno palatino Joanne a Służewo, quater in anno Vigiliae, idque infra ferias 4 temporum, cum Missa pro defunctis solenniter cantata fiunt, iuxta ordinationem ab annis aliquot per Praepositum sancitam.

Hospitale. Hospitale in fundo oppidi per Magnificum olim palatinum Brestensem Joannem a Służewo exstructum et fundatum pro pauperibus 15, ad praesens tamen sunt 12. Ex fundatione eiusdem Magfei vivunt. Eleemosinis etiam adiuvantur bonorum omnium. Mensam communem habent. Leges item habent certas ab ipso Reverendissimo praescriptas, quas ne transgrediantur Praeposito curae est. Vaccas et porcos interdum alunt. Littaniae cum eis quotidie recitantur per sacerdotem vel scholarem. Confitentur saepius et communiceant. Corriguntur dissoluti, heluones. Ad sonitum campanae, dum pro pace pulsatur, omnes adesse oportet in hospitali, nec dimittuntur postea. Orationibus praemissis, cubitum eunt. Ossa mortuorum in coemiterio colligunt, coemiterium verrunt, adsunt funeribus. Oeconomus hospitalis unus ex Mansionariis V. Simon Zaleski, qui et rationem expensi reddit Dno Praeposito ¹⁾.

Supellex Ecclesiae. Inventarii duo exemplaria: alterum penes victricos, alterum penes Praepositum. Quod quidem tale est. Calices 6 argentei, quorum tres inaurati cum patenis. Cruces duae argenteae inauratae, cum Reliquiis sacris. Pacificalia duo argentea deaurata, cum Reliquiis, tertium exiguum, itidem

ut. h. m. r. o. r. a. g. n. e.
habuit hunc

¹⁾ Mortuus est.

argenteum, cum Reliquiis. Monstrancia argentea inaurata, splendide cum basi aerea deaurata. Ampulae duae argenteae. Pixis argentea pro servando V. Eucharistiae Sacramento, pro qua cessit unus calix argenteus corruptus, qui erat numero septimus. Argentea vascula divinissimi Sacramenti ibidem contenta. Item manus aerea cum digitis argenteis et Reliquiis sacris. Cassulae auro textae duae cum pertinentiis. Cassula de teletto cum cruce auro texta cum pertinentiis. Cassulae tres de axamento nigro cum pertinentiis, quarum una habet crucem auro textam. Cassula ex veluto violaceo, cum pertinentiis. Cassula ex atlasso rubeo cum cruce et trina flava, cum pertinentiis. Cassula ex veluto rubeo florisato filis aureis, cum pertinentiis. Cassula ex veluto viridi, cum pertinentiis. Cassula ex adamasco albo, more romano facta, cum pertinentiis. Cassula ex adamasco vetustiori florisato. Cassula ex serico simplici albi coloris, ferialis, cum pertinentiis. Item cassula nigra de saya, ferialis, pro defunctis, cum pertinentiis. Item cassula de muchaiero viridi, cum cruce rubea et pertinentiis. Item cassula de kanaphaca grisea cum cruce auro texta, dominicalis, cum pertinentiis. Pluviale auro textum vere magnificentum, nuper hoc anno per Magnificam Dnam palatinam Brestensem Margaritham Kostkowna flor. 120 comparatum. Eadem altare maius flor. 200 comparavit anno eodem 1598, cui duo stemmata sunt annexa speciosa, unum Rmi Dni D. Hieronymi Rozdrażewski Episcopi Wladislaviensis, alterum Rmi Dni Stanislai Karnkowski Archiepiscopi Gnesnensis ¹⁾. Aliud pluviale ex veluto viridi florisato. Item pluvialia duo nigra de czambeletto. Duo paria dalmaticarum antiqua. Cappae maiores duae pro pueris ministrantibus. Antependia sollenniora tria et feritalia 5. Pellae 54. Manuteria 35 et unum telae tenuioris filo sericeo pro altari maiori depictum. Lin-

¹⁾ Item pluviale czarnego gładkiego axamintu, po pogrzebie też pani Wojewodziny. Złe bardzo chowają aparaty.

teamina 7. Superpellicia tria. Albae sex vacantes et aliquot stolae. Szerzynek ex tela 20. Item szerzynka lata cum imagine effigiata B. M. V. Item szerzynka kitajki duple, secunda de adamasco, tertia kitajczana, omnes rubeae cum crucibus auro textis. Item szerzynka ex hatlasso albo aurofrigiata, cum nomine *JESUS*. Item altera eiusdem materiae priori similis. Item tertia ex hatlasso viridi etiam auro frigiata, solennes istae. Mantilia pro ceroferariis 4. Vela pro palpitibus altaris sericea aliquot et pro palpitibus maioribus duo. Vela pro calicibus, de hatlasso albo, de serico simplici albo, de tepheta flava et alia tria. Velum pro Melchisedech de adamasco rubeo. Corporalia 9 cum pallis. Tobalea serico picta pro baptisterio et duae lineo filo. Tapetes 4 ¹⁾. Cortina pro pariete ulnarum 9. Duae imagines devotae, flandricae, parieti affixae. Vexillorum duo paria anno superiore per Magfcam Dnam Palatinam flor. 60 vel ultra, comparata, de adamasco albo. Alia duo paria vexillorum vetustiora. Pannus quadruplex rubeus pro sternendis gradibus altarium 4. Velum quadragesimale instar retis. In altaribus caput sculptum et tabula cum Reliquiis sacris. Tres tabulae cum alabastro, pro ornando altari maiore. Ampulae stanneae 6. Lagena stannea, pelvis aerae tres. Caldaria 2 aerea, candelabra cuprea duo, stannea 5. Tres campanae in campanili, signans una, manuales 5. Thurribulum cupreum. Ferrum pro pinsendis hostiis. Duae mensae in sacrario. Scrinia 4. Almaria 2. Imago Crucifixi et Resurrectionis. Seracula 6. Coperta feretri.

Bibliotheca. Missale Romanum in folio; aliud item Missale Romanum minus. Missalia Cracoviensia 2. Missale Gnesnense in folio. Missale pergameneum in grandi folio, pruthenicum, et aliud pergameneum minus ²⁾. Antiphonaria duo, integra. Graduale unum.

¹⁾ Nota. Jedno jeden kobierzec.

²⁾ Nie masz.

Fridericus Nauwae

Psalterium pergameneum. Agenda reformata nova et duae veteres. Biblia sacra in magno volumine, altera in minore olim fuit, at furtim ablata. Postillae duae Feri. Concordantiae Bibliorum. Confessio provincialis. Thesaurus de tempore. Loci communes Clingii Theologici. Rationale divinatorum, appensum in catena. Vincentius de tempore. Postilla polonica Wuiej-cij maior. Pomerii duae partes. Decretalia canonum. Concordantia discordantium canonum. Hi duo Dno Adamo Przejrzalowie mutuati. Homiliae Joannis Fabri. Homiliae Eckii. Marsillus Ficinus Florentinus et alia ibidem varia opera. Catechismus Tridentinus polonicus. Coelifodina. Compendium iuris canonici. Libri quidam 6 manuscripti et 2 Breviaria antiqua ¹⁾.

Exemplar indulgentiarum Ecclesiae Slużewiensis.
Fredericus Dei et Apostolicae Sedis gratia Electus confirmatus Cracoviensis, Petrus Wladislaviensis, Uriel Posnaniensis, Mathias Chelmsensis et Petrus Kame-necensis, eadem gratia Ecclesiarum Episcopi: Universis et singulis Christi fidelibus salutem in Domino sempiternam. Splendor paternae gloriae, qui sua ineffabili mundum illuminat claritate, pia vota fidelium de sua benigna misericordia confidentium tunc praecipuo favore prosequitur, cum eorum devota humilitas Sanctorum meritis et precibus adiuvatur. Cupientes igitur, ut Ecclesia parochialis Collegiata in Slużewo, in honorem Omnipotentis Dei et sub titulo B. Joannis Baptistae Praecursoris Domini constructa, Dioecesis Wladislaviensis, congruis frequentetur honoribus: omnibus et singulis status et sexus utriusque Christi fidelibus, vere tamen poenitentibus, contritis et confessis, qui dictam Ecclesiam pro festis et diebus, videlicet Resurrectionis, Ascensionis, Corporis Christi et Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, necnon Assumptionis B. M. Virginis, Joannis Baptistae Praecursoris Domini, Patroni illius Ecclesiae, ac dominico

¹⁾ Pieniądze rozdali, sporządzi syę tho y odeslie do Straszewa. Organista patitur, o czym informatia ma być innendy (kiedyndziej).

Dedicationis devote visitaverint, et Orationem Dominicam cum Salutatione Angelica oraverint, vel pro reformatione structurarum, aedificiorum, calicum, librorum et ornamentorum ad divini cultus honorem necessariorum, manus suas adiutrices, iuxta suarum exigentiam facultatum, de bonis ipsis, a Domino Deo collatis, porrexerint, aut etiam aliud opus pietatis oblatis fuerint, quotiens id fecerint, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, de consensu Diocesani, quilibet Nostrum 40 dies indulgentiarum concedimus, de iniunctis eis poenitentiis misericorditer in Domino elargimur, praesentibusque perpetuis temporibus duraturis: Harum quibus sigilla Nostra praesentibus sunt subappensa testimonio litterarum. Actum et datum in Conventione Petricoviensi Generali, die Solis XVII mensis Februarii Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo Tertio. 1493

Harum indulgentiarum usus omnino sepultus quoad populum.

Ostrowąs.

Villa Monialium Plocensium, Conventus S. Mariae Magdalенаe. Ecclesia tituli Nativitatis B. M. V. Juspatronatus earundem. Parochus V. Mathias Dambrowski ¹⁾, per Commendarium ecclesiam praefatam administrans, actu presbyter et aetatis iam affectae. Bonis ac probatis hic pater moribus, in ecclesia diligens ac timens Deum.

Dos Ecclesiae. Praedium in se circumscriptum omnium trium camporum, cum tribus pratis contiguis et connexis. Locat hoc praedium parochus colonis villae Osno a triennio in triennium ex tertio manipulo, prata ad hoc ipsis condonans ²⁾. In huius prae-

¹⁾ Petrus ab Osno.

²⁾ Dostało się kop. 11 od ojca, od inszych co orali kop. 10.

dii circumferentia est nemus plebanale, sed excisum. Jam vero hoc ipsum nemus fere totum vendicat sibi inique Mirzwiński, haeres in Słomkowo, limitibus antiquis disiectis et coaratis, novis vero positis et consipatis. Cuius rei relationes iuridice factae, uti acta castrensia Junivladislaviensia testantur ¹⁾). Plebanus iura sua tuetur quam maxime potest, oscitantibus ad haec ecclesiae patronis seu collatoribus. Erectio non invenitur.

Decimae eiusdem. Decima post agros praediales Ostrowąs. Praedium autem mansos habet 6. Manipularis parochia extraditur. Decima villae Brudnowo flor. 4 redimitur ²⁾). Decimae ex Kruszyno utraque et Słomkowo et Zamyślowo, non solvuntur. Decima villae Seroczki post araturas colonorum et praediales, valoris 100 flor. et ultra, non solvitur. Praedium nullum olim fuit ibidem. Parochus ad ecclesiam fovet magistrum cum cantore, quibus solvit annuatim flor. 24 ³⁾), exceptis leguminibus. Intra ecclesiam munda et recte habent omnia. Altaria duo cum portatilibus integris adornata. Ciborium et baptisterium sub clausura et decenter curantur. Hostiae sacrae renovantur saepius. Ecclesiam iam pene collapsam anno superiori sublimavit parochus; tectum etiam munivit labile. Restat hoc anno tegulis ligneis de novo tegendum. Domus pro vicario exstructa. Pro schola etiam aedificanda materia comportatur ⁴⁾). Divina officia pro more villarum expediuntur. Metriculae scribuntur, gratis sacramenta et mature conferuntur. Cereus infra divina ardet. Lustralis aqua semper prae foribus.

Villae parochiales. Ostrowąs, Brzezno, Słomkowo, Kruszynko ambo, Zamyślowo praedium, Brudnowo. Haereticum nullum alit parochia. Confitetur populus omnis, praeter Mirzwiński, qui vel nunquam vel

¹⁾ Katarzyna Mierzwińska toż czyni.

²⁾ Tylko 3 flor. dał.

³⁾ Magistro scholae 6 flor. solvuntur, z tego Cantora żywi.

⁴⁾ Pożyczył 10 złotych ojcu.

alicubi locorum confitetur, odio in parochum incensus.

Inventarius Ecclesiae. Inventarius in ecclesia descriptus asservatur, cuius haec summa est. Calices tres cum patenis argentei, quorum unus deauratus. Monstrantia orichalcea cum Melchisedech argenteo deaurato. Arca Ven. Sacramenti cuprea ¹⁾. Crux lignea, spuma aurea, colorata, cum Reliquiis. Manus item lignea cum Reliquiis altari supposita. Portatilia intra ecclesiam 4 sunt integra. Cassulae seu planetae 8, varii coloris ²⁾. Antependia solennia 2 et 2 ferialia. Mappae seu pellae 22; mantilia totidem. Corporalia 4 cum scatula, pallae totidem. Pluvialia tria. Velum sericum viride pro calice et aliud lineum. Szerzinki 4, duae aureis filis intextae et duae sericeis. Mantilia longa, angusta, pro velanda altaris maioris imagine B. M. V. duo, quorum unum ex tapheta aurea ulnarum 6. Vexilla 4, in baptisterio tapes 1. Superpellicia 2, thurribulum cupreum. Campanae 2 in campanili, signans 2, tintinnabula 3. Lagena pro vino stannea. Velum quadragesimale. Cistae in sacramento 4, serae pensiles 7. Imago passionis et Resurrectionis ³⁾.

Libri. Missale Gnesnense et Cracoviense. Antiphonarium. Agenda Gnesnensis nova. Postilla polonica Jacobi Wujek de tempore maior. Testamentum novum polonicum. Duo tomi Homiliarum Polygrani. Psalterium latino polonicum. Instructio audiendarum confessionum. Reliqua, si quae sunt, minutiora, registro ecclesiastico continentur, quod per parochum singulis annis revidetur.

Gravamina Parochi. 1) Mirzwiński totus inhiat praedio plebanali, ac etiam resistenti parochi ac ius suum propugnanti minuitur malum. 2) Piscatio olim libera fuit in lacu parochi, quin et senes testan-

¹⁾ Dwa krzyże srebrne, jeden pani Szremska, drugi pan Sławęcki sprawił.

²⁾ Ornat zielony adamaszkowy od pana Marcina Sławęckiego.

³⁾ Zgoła plebana trzeba.

tur, piscem tertium, seu tracturam sagenalem tertiam ad parochum pertinuisse. At hunc morem praemortuus Dnus Grabski Lucas, tenentarius advocatae et praedii, pessundavit. Ereptione vero nulla exstante, etiam modo inhibetur. 3) Est domus in fundo et area plebanali, olim ab Adamo plebano Ostrowasiensi pro quodam Christoffero spurio exaedificata. Spurius vendidit eandem colono de Ostrowas marcis decem. Cui cum possessionem denegaret modernus parochus Mathias Dambrowski, interim inconsulto parochi piscatorem suum in eam domum Mfcus Dnus Castellanus Sremensis introduxit, et ad usufruendum concessit. Supplicat parochus, hanc domum sibi liberam mitti et restitui, Commissariosque ad cognoscendum et decidendum assignari per Reverendissimum Dominum.

Lubanie.

Villa Venerabilis Capituli Wladislaviensis. Ecclesia parochialis tituli S. Nicolai. Consecrata eadem. Erectio non habetur. Haereditat tres agri laneos, quorum duo pro plebano, tertius pro vicario eiusdem Ecclesiae ¹⁾ sunt fundati, singuli sulcorum 8 ²⁾. Hos laneos tres locabat colonis Lubanensibus annis retroactis parochus. Horti plebanales duo cum holodio, iuxta domum plebani siti ³⁾. Ecclesia haec parochum habet legitime institutum anno superiore, qui et vicarium pro veteri more sibi adiunxit. Unde status huius ecclesiae non contemnendus. Officia ecclesiastica more et ordine peraguntur debito. Tria altaria habent sua portatilia integra. Ciborium et baptisterium munda, sub clausura. Hostiae in tempore renovantur. Metriculae scribuntur. Catechismus interdum recitatur. Decalogus et Bogarodzica canuntur.

¹⁾ In longitudine plus 15 aut 20, in latitudine 8.

²⁾ Urodzi się X. plebanowi z trzech włok 5 i z wikaryjskiej 40 cassul.

³⁾ *Nota.* Plac za nas o włoki do folwarku obrócono: przybelo zacięgu y płaczu.

Decimae Parochi. Decimam habet plebanus ex praedio Lubanensi antiquitus, uti testes fide digni iurati deposuerunt, quae etiam anno 1597 parocho Mathiae a Unieiw ex Reverendissimi Domini Episcopi mandato manipularis fuit extradita ¹⁾. Item decimam habet idem post agros advocatiae Lubanensis, cuius mansi sunt tres, quae extraditur ²⁾. Item decima manipularis ex uno laneo, dicto Gulzinski, advocatialis agris contiguo, ex quo anno eodem 1597 manipularem parochus percepit ³⁾. Decima ex Włoszyca 6 florenis per D. Petrum Grabski redimitur ⁴⁾. Decima post araturas colonorum in Przedwieczerzyno, non solvitur, qui etiam eam ob rem officiose sunt excommunicati; propriis Dominis eam pro usu suo interim rapientibus ⁵⁾. Decima in Ustronie, deservit scholae rectori ratione salarii, ratione cuius Domini Tulibowscy solvunt eidem marcas 2 quotannis. Vicarius ecclesiae ratione salarii habet, ut dictum est, laneum unum agri, alter vero laneus, ut perhibent vetustiores coloni, praedio antiquitus est annexus. Ex quo quidem laneo uno praediali hactenus decimat vicarius ⁶⁾ et antecessores eius decimabant ⁷⁾. Eiusdem decima in Przedwieczerzyno maior, sed non solvitur ⁸⁾. Residencia vicarii ex adverso ecclesiae ultra viam publicam. Domus antiqua, non bene sarta, habens hortum adiacentem spatiosum. Rector scholae cum cantore et scholaribus hortum idem habet, domui plebanali annexum, unius stadii, sulcorum 1. Petita eiusdem et tertia pars accidentium ⁹⁾.

¹⁾ Dają X. plebanowi tę dziesięcinę, plus minus 6 kop się dostanie.

²⁾ Dostanie się plus minus 4 cassul.

³⁾ Plus minus pultori kopi.

⁴⁾ Na wikarego,

⁵⁾ Non solvitur.

⁶⁾ Powiadają, że pleban miał 2 włóce, a wikary też 2 włoc: iż się nie zgodzali wzięto wikarjemu na dwór włokę i zowią kanoniczą: tak ludzie powiadają.

⁷⁾ Zowią ją kanoniczą: nie dają nic z niej.

⁸⁾ Dant fl. 4.

⁹⁾ Parochus Bartholomae Isbiesceusis. Vicarius Philippus ex dioecesi Cracoviensi Corcinensis.

Supellex Ecclesiae. Calices tres cum patenis. Monstrantia argentea deaurata. Crux argentea deaurata, cum basi cuprea. Manus lignea cum Reliquiis undecim millium Virginum. Cassulae 7. Pluvialia 2. Antependia 2 solemniora, duo reliqua varii coloris, attrita. Superpellicea tria, quorum duo vetera. Mappae 21, et tres pro ambona et palpitis. Mantilia 21. Corporalia 3 cum pallis totidem, et 2 scatulae. Sudaria magna 3. Szerzinki 2. Vexilla nova 4. Serae 7 pensiles. Candelabra 7, quorum tria stannea, reliqua lignea. Thurribulum ligneum. Caldaria 2. Ferrum pro pinsendis hostiis. Duae imagines Crucifixi et imago Resurrectionis cum vexillo.

Libri. Agenda nova reformata Petricoviensis, altera Gnesnensis. Missale Romanum 1. Cracoviense alterum et tertium parvum. Graduale et Antiphonarium, lacerata et vetera. Psalterium novum. Breviarium Wladislaviense. Aedificia circa ecclesiam reparantur. De necessariis per victricos providetur.

Villae parochiales. Lubanie, Wloszyca, Ustronie, Stawiec, Mykanowo, Kalęczynko, Przedwiczczyno ambo, Kucierz, Gąbinek et Molendina 3: Janowice, Osla, Grabiąnowko.

Zbrachlin.

Villa Capituli Wladislaviensis praestimonialis. Ecclesia tituli S. Jacobi Apostoli. Plebanus V. Stanislaus Ługowski ¹⁾. Commendarius Ecclesiae Mathias a Wyszegrod diocesis Plocensis, formatas habens et commendam, senex hic et vetulus ac vix ad omnia munia obeunda idoneus.

Sanctuarii mansi, unus cum dimidio, sulcos habens 24 ²⁾. Locatur colonis ibidem a parcho ex tertio manipulo. Hoc sanctuarium in omnibus tribus campis si-

¹⁾ Joannes Domaslavitha ex dioecesi plocensi.

²⁾ Plus minus zstrąśnie z niej 12 cassul, na ten rok nie chcieli iedno z czwartego snopu.

tum. In primo campo versus villam Waganiec usque ad terminos granicerum D. D. Waganieckich, mansus unus cum medio. In eodem campo est additamentum alias przydatek penes terminos Włoszica, et pene exaequat mansum unum. In secundo campo versus Wolne in duobus locis per unum mansum cum medio ita, ut utrobique exaequet tres mansos, habet et additamentum iste campus. In tertio campo versus Nieszewy unum mansum habet cum medio. Mansus autem quilibet sulcos 16 complectitur. Habet item partem lacus ante vel penes villam Zbrachlin, agro plebanali adiacentem ¹⁾). Habet item decimam manipularum in villa Zbrachlin, tam ex agris praedialibus, quam colonorum ²⁾). Ex agris emetonalibus et scultetialibus decimat R. Dni Karski villae tenentarius ³⁾). Antecessor moderni parochi Valentinus praecentor Wladislaviensis, in usu fuit huius decimae, quin et manipulabat eandem. Praestat item fieri etiam unum ⁴⁾). Ex praedio Zbrachlinensi denegatur etiam parochi decima. Usus eius effugit memoriam hominum. Quidam tamen senex emeto, Blasius Rzysko, plebanos olim Zbrachlinenses in usu huius decimae praedialis fuisse, coram plebano moderno aliquoties recognovit. Decima eiusdem in villa Waganiec, sed haeredes loco decimae casulas siliginis 5 pendunt parochi. Item habet decimam in Grabianowko, nobilis Domini Petri Grabski, valoris 6 fl. vel ultra; sex ibi aliquando fuerunt coloni ⁵⁾). Facultas piscandi parochi et ecclesiae ministris in lacu prope villam sito, contra morem antiquum, a domino fundi interdicatur. Ecclesia murata

¹⁾ Przysyłają ryb plebanowi, kiedy robią.

²⁾ Nie dają z folwarku, tylko po chłopskich 8 kop., 20 cassul; fl. 50 wytyczna uczyni.

³⁾ Koleziński.

⁴⁾ Szoltyskie thesz obrocono na folwark, których belo więcej nisz folwarkowych, to jest 4 włoki.

⁵⁾ Documentum pro decima in Wagańcze ad Zbrachlinensem ecclesiam videnda. Actum in Raciąż 16 Decembris 1499. Item aliud actum 1500.

reparatur. Coemiterium eius septum. Sarcitur et campanile. Latere etiam sternitur pavementum. Hostiae sacrae ob inopiam farinae rarius renovantur.

Victrici contra morem antiquum, receptum olim, nulli sunt. Est unus in Siutkowo, at vix aliquando comparet. Rector scholae ad ecclesiam, interdum absque cantore. Domus plebanalis non incommoda habitationi; eam inhabitat Commendarius. Ei domui annexus est hortus spatiosus cum holodio, quem consecrit pro usu suo vicarius et a parcho salarii percipit flor. 20.

Villae Parochiales. Zbrachlino, Waganetze, Siudkowo, Nieszczy. Decima ex Siudkowo Altaristae Wladislaviensi tituli Annuntiationis B. M. V. debetur et est in eius possessione.

Inventarius Ecclesiae. Calices 2, cum patenis, argentei. Crux argentea cum pede cupreo. Monstrantia cuprea. Cappa solemnis 1. Cassulae 5, quarum una solemnis auro texta. Pellae 9. Manuteria 8. Custodiae 4. Tres stolae vacuae. Corporalia octo. Portatilia duo integra. Antependia 5. Candelabra altarium 6. Vexilla 2 maiora et 4 minora. Ampulae 6. Campanulae manuales 5. Thurribulum. Candelabrum ferreum. Ferramenta pro oblatis. Missalia duo, Plocense et Cracoviense. Graduale Pruthenicum. Est et Antiphonarium et Psalterium. Agendae tres. Wladislaviensis, reformata provincialis et Cracoviensis.

Bądkowo.

Ecclesia tituli S. Mathaei Apostoli et Evangelistae, consecrata. Villa V. Capituli Wladislaviensis. Parochus R. Joannes Dominowski ¹⁾, Crusviciae residens. Commendarius ecclesiae V. Bartholomaeus a Lowicz presbyter, formatas habens, absque commenda tamen. Ecclesia et sacrarium firmiter clauduntur, mu-

¹⁾ Mathaeus a Wyniec.

rata cum turri. Coemiterium circumseptum. Campana in campanili tantum una. Reparanda restat altera. Ciborium et baptisterium asservantur munda. At ciborium intus et extra inornatum, sub clausura utrumque. Portatilia 2 integra et inviolata; altaria 3.

Dos et reditus Ecclesiae. Sanctuarii mansi 4, singuli sulcorum 5, alibi 6, stadiorum 25, alibi 26. Prata agris annexa in omnibus tribus campis. Locat parochus hos agros cum pratis Reverendo tenentario villae Slupy canonico Zakrzewski ¹⁾. Hortulanos idem habet 3, in fundo plebanali residentes. Item missalia post araturas et mansos colonorum in Bądkowo, quorum singuli pendunt ex quolibet laneo siliginis per 3 coretos et per 3 cor. avenae, mensurae Nieszoviensis, tres autem coreti faciunt metretam unam cum dimidia ²⁾. Item missalia post mansos colonorum villae Slupy, ex manso scilicet quolibet, metretam unam cum dimidia mensurae Nieszoviensis, siliginis tantum ³⁾. Item decima ex praedio Bądkoviensi manipularis, nunc flor. 20 per tenentarios redimitur. Ex agris vero emetonalibus V. Capitulum percipit decimam. Item decima plebanalis ex uno laneo in Bądkow antiquitus plebanis usurpata, quae redimitur parocho flor. 4 ⁴⁾. Item decima post agros tabernarum duarum ⁵⁾ in Bądkowo. D. plebanus conqueritur amarissime sibi missalia in Bądkowo non extradi. Decima ex praediis villae Wysozcziny non solvitur. Decima Kalinowiec marc. 4 redimitur ⁶⁾. Decima in Gawrony alternata cum plebano Raciążuensi, non solvi-

¹⁾ Ku Słupom we dwoje pole i ku wsi 30 staj, a ku Jaronowi 20 staj, a zagonów 24.

²⁾ Hajduckim korcem odprawiają X. plebana.

³⁾ Tymże hajduckim korcem.

⁴⁾ Przekwasek daje wytyczną półtory kopy albo 2 kopie.

⁵⁾ Z jednej dają 16 snopów, drugą na dwór obrocono, nie dają.

⁶⁾ Alternatę bierze z plebanem Raciążskim, płaci p. Chodowski.

tur. Decima in Toporzyszewo, alternata cum plebanis Raciażnensibus. Decima ex praedio Dambrowka apud Dnum Jaranowski, non solvitur.

Notandum. Altariam tituli S. Dorotheae in Bądkowiensi ecclesia fuisse olim per quemdam Dnum Wysocki, suffraganeum Wladislaviensem et in Wysoczyno haeredom fundatam. Dos huius Ecclesiae fuit in Wysoczyno agri mansi duo, vel ut est in antiquiori Visitatione annotatum, mansi 4, quos arendabant coloni, ex censu pacto apud altaristam, qui tunc ecclesiae commanebat. Haec altaria praedicta per haeredes Wysoczyno, translatis ad se bonis, ab annis circiter 30 extincta, coloni ad praesens dicuntur excolere hos mansos. Utut est, altare hoc extinctum est. Originale habet plebanus. Est adhuc domuncula, at ruinosam, cum horto et pomerio, iuxta ecclesiam, quae huic altaristae deserviebat; eam nunc inhabitat Commendarius ecclesiae ¹⁾.

Nota. Dictum altare dicitur habere inscriptam foundationem in Actis Castri Brestensis a. Dni 1463 feria sexta in crastino festi S. Stanislai tempore veris.

Parochus. Parochus non residens. Eius Commendarius salarii ab eodem percipit flor. 16 et 4 flor. decimae unius lanei, de quo supra, idque pro vino et commenda. Accidentia eidem iuxta morem cum rectore scholae communia, et petita. Domus plebanalis olim deserta, iam vero recens per D. arendarium cum sua area sepimentis fortius cincta et ipsamet cum holodio, sarta tecta et clausa. Iuxta plebaniam est domus pro vicario Bądkowiensi, quam inhabitat inquilinus. Schola iuxta coemiterium male munita. Rector scholae ad ecclesiam, et cantor, et scholares. Missa saepius celebratur. Bannae praemittuntur. Decalogus canitur. Catechismus non recitatur. Bogarodzica subticetur, nisi forte in solennitate Nativitatis Dni. Metriculae conficiuntur. Extremae unctionis usus observatur. Fraternitas popularis retinetur. Indul-

¹⁾ Obalił się ten domek.

gentiarum usus pro festo S. Matthaei ¹⁾, absque privilegio.

Inventarium Ecclesiae. Calices argentei 4, quorum duo deaurati totaliter ²⁾. Ex his unus argenteus simplex ecclesiae Świniarzewiensis, qui et restitutus est. Monstrancia argentea deaurata, cum basi aerea. Altera monstrancia argentea tota, non deaurata, quam et restitutam opinor; Świniarzewiensis ecclesiae haec propria fuit. Porro haec sola duo recognoscuntur ad Świniarzewo pertinere, caetera quae obicit Philip-pus Zakrzewski, negantur. Crux argentea fracta, reparatione indiget. Pacificale argenteum, deauratum, et crux exigua similiter. Arca V. Sacramenti non habetur. Sacramentum Ven. in scatula lignea et asservatur et in eadem ad infirmos defertur, quae plane inornata. Edoctus Commendarius relinquendam hostiam sacram in Ciborio, dum itur ad infirmos, quippe hoc negligebat. Ampulae 4 stanneae, cadelabra duo stannea. Christalia duo. Lagenae duae stanneae pro vino. Ferramentum pro loblatis et campanulae 5 ³⁾. Cassula alba serici simplicis, cum toto apparatu. Cassula ex procedella flava, cum toto apparatu. Cassula adamasci rubei, cum toto apparatu. Cassula serici subnigri, cum apparatu. Cassula viridis, absque apparatu. Pluviale 1 nigrum ex grubrino, novum et alterum solenne. Antependium super altare maius rubeum, serici duplicis, emptum 10 flor. Antependia 3 alba pro tribus altaribus, per Dnam Łążyńska com-

¹⁾ Nuncii Apostolici ad quadriennium. *Nota:* Vidi originale erectionis altaris in Bądkowo tituli Assumptionis B. M. V. et S. Dorotheae, 1463 Pii papae II anno 5, fundati a Joanne Mikosta de Wysoczyno in 4 mansis, census 4 marcarum, pro festo S. Nicolai, altaris solvendarum cum obligatione 3 Missarum in hebdomada. Fundatio haec confirmata et erecta canonice a Świętosłao de Wrzaneza archidiacono et officiali generali Wladislaviensi, ex commissione Joannis Epi Wlad. et Regni Cancellarii. Haec fundatio altaris Bądkoviensis actis Braestensibus firmata sub Nicolao de Brudzew pincerna Calissiensi et capitaneo Braestensi generali, anno uti supra.

²⁾ Zginął kielich u panów Wysockich.

³⁾ Kielich złotisty srebrny, jako 100 złotych, zginął u Tylickich, po stryju ich do kościoła Bądkowskiego.

parata. Antependia duo de grubрино rubei et viridis coloris. Antependium rubeum reformatum. Pellae 21; mantilia 15 i dwa rąbki szerokie. Superpellicia 3, at unum accepit D. Plebanus Crusviciam. Superpellicia pro ministrantibus non sunt. Strophiola seu tobalea altarium 4, quaedam filo aureo, quaedam sericeo depicta. Vela 5 pro calicibus. Operimentum super figuram misericordiae Dni de kitajka viridi. Rabczków rzadkich pro velando altari ad diem Corporis Christi 20. Cooperta palpiti altaris maioris ex albo grubрино. Panus rubeus ulnarum 7 pro velandis gradibus altaris maioris in solennitatibus et alter niger. Nuper Dna Jaronowska podczaszyna duas vestes virgineas, alias letniczki panieńskie, donavit pro ornatu ecclesiae Bądkoviensis, quae transformandae restant. Caldaria 2, cista 1 oblonga in sacratio et reliqua nonnulla minutiora.

Villae parochiales. Bądkow, Szlupy, Wysoczino utrumque, Gawrony, Toporzyszczewo, Kalinowiec, Dąbrowka, Kaleczyno, Swarowo et molendina duo.

Victrici. Victrici ecclesiae 4; aerarium ecclesiae penes Dnum plebanum ¹⁾, habens fl. 18, et victrici habent fl. 13. Antiquiores victrici pecuniam aerarii ecclesiastici mutuaverunt colonis in Bądkowo, quae non repetitur. Victrici ceram provident et thus, vinum autem commendarius ex pacto, cum Dno plebano facto.

Libri. Missale Romanum, Gnesnense, Cracoviense. Agendae 2: Gnesnensis et Posnaniensis, Graduale pergamineum 156 foliorum, Antiphonarium et Psalterium, dilacerata. Summa Angelica de casibus conscientiae.

Łowiczek.

Villa nobilium. Ecclesia tituli S. Crucis et S. Aegidii Confessoris, consecrata et noviter impensis Mfcae palatinae Braestensis reparata et ornata, cir-

¹⁾ Plus minus flor. 5.

cumsepta etiam et clausa, quae ante patebat. Sacrarium muratum. Concursus populi ex pagis vicinioribus pro festo S. Crucis, quarum nullum exstat privilegium. Erectio non invenitur. Juspatronatus haereditum, Dni Mathiae Niemojewski et Dni Łowicki, vigore alternatae. Altare habet integrum portatile, at Ciborium et tenuiter clauditur et intus et extra plane deforme ac incomptum, in murato pariete excisum. Posset Ciborium illud maxime ab intus mensarii alicuius opera condecorari.

Parochus. Parochus ecclesiae huius V. Petrus Sylvestrius, idque Plebanus Wladislaviensis. Ecclesiam titulo commendae regit V. Stanislaus de Bądkowo. Formatas idem habet, et commendam idem habuit tempore Visitationis. Tonsuram non gerit. Inebriatur saepius, per quam crapulam multa interdum dicit et facit se indigna, noctu ebrius per villam discurrit, lyram tangens etc. Intra ecclesiam multa reformationis egent. Ciborium pulveribus plenum et male munitum. Baptisterium rude ac informe, ex portione roboris dolatum, clausum. V. Sacramentum in pixide simplici lignea reponitur et reconditur, saltem depingi debuit. Et in scatula defertur ad infirmos. Catechismus non recitatur. Bogarodzica non canitur. Indulgentia Gregoriana non publicatur. Stallum in choro minori iuxta sacrarium non est positum. Gazophilacium iuxta morem ecclesiarum non est in ecclesia. Metriculae baptisandorum et contrahentium non conficiuntur. Portatile integrum in summo altari, reliqua duo altaria carent portatilibus, praesertim tantum ad unum altare semper celebratur. Hostiae sacrae in tempore renovantur. Divinus cultus pro usu antiquo ecclesiae et more observatur. Templi parietes et altare obsitum pulveribus et araneorum telis reperit Visitator. Coargutus magister et Commendarius in hoc. Campana maior in campanili sub hoc Commendario duas in partes scissa, facta prorsus inutilis. Apparamenta et vestimenta minus munda. Admoniti per Visitatorem. Ampulae et candelabra stannea altaris sordida et nunquam fere mundata.

Dos Ecclesiae. Pro dote habet tres mansos in fundo eiusdem villae, inter agros colonorum. Hi mansi in duobus campis, singuli sulcorum 16; at in campo tertio versus Parchowo per 10 sulcos tantum mansi continent. Hos mansos plebanus locavit, duos quidem subditis Dni Niemojewski, annuatim flor. 20 et pro cauponibus 20, cum oneribus viarum Wladislaviensium; tertium vero mansum locavit Dno Jacobo Łowicki succamerario, annuatim flor. 1, absque cauponibus et oneribus aliis. Prata his omnibus agris contigua. Aedificia plebaniae devastata conspiciuntur, quae fuerunt, ut apparet, olim magnifica. Ex ruderibus et reliquiis posset adhuc confici domus una. Alioqui praestat ruinas removeri, ne vel oculos offendant aspicientium. Hortus ad aream plebanalem spaciosus, quem factori villae parochus arendavit. Pomerium ibidem neglectum, evanescit egregiarum arborum.

Decimae huc pertinent. Decima manipularis ex praedio D. Niemojewski redimitur et solvitur marc. 13; decima ex praedio D. Łowicki non solvitur manipularis. Decima post araturas colonorum in Łowiczek, qui sunt 25 et singuli pro consuetudine veteri pendunt parochi per gr. 10. Decima Parchowo (qui pagus est haereditarius parochi Konecensis), pro qua marcae 10 solvuntur parochi. Decima Glowkowie manipularis, valoris 50 flor., non solvitur.

Villae parochiales. Łowiczek, Glowkowie *), Huc pertinent desertae villae Swinki et Ujma et Swiniarzewo, at iam brevi, si Deus volet, suum habiturae parochum. Parochiani catholici et confitentur pro festo paschae. In hac villa commoratur quaedam foemina (nuper mater familias in Witowo in domo parochiali), cuidam pastori per incestas nuptias iuncta, quippe alium habet virum eadem in hospitali Juniwladislaviensi commorantem senem, quis vero sacerdotum contraxerit hoc inter eos matrimonium R. D. Humiński bene novit, qui et haec mihi Visitatori re-

*) Sic in Vol. 70; Głębckowice vero in Vol. 68.

tulit. Commendarius capit salarii a plebano marcas 8. Rectori scholae flor. 4, qui habet cantorem et scholares. Vinum plebanus providet; thus, ceram et reliqua, quae sunt ecclesiae, procurant victrici, Dna palatina Braestensi opitulante.

Victrici. Duo emetones de Łowiczek, iidem colligunt et expendunt pecuniam aerarii. Cistam nullam habent, nec inventarium apparamentorum. Admoniti officii per Visitatorem. In paratis nihilominus habent flor. 6, quam ut pro necessariis ecclesiae expendent mandatum est, quippe tectum templi perfluum, maxime super chorum minorem. Pinnaculum templi, alias spicza, reparationis eget. Campanile etiam sarcendum et tegendum. Laquear seu tabulatum superius patet. Unde columbae etiam infra divina per ecclesiam volitant. De his omnibus commoniti victrici. Sed sine dubio nihil prorsus tentabunt, manum operi Dno parcho non admovente. Mfca tenutrix villae pavementum chori utriusque latere stravit, coemiterium sepsit, campanile asscribus e latere ciuxit, altare maius exornavit.

Inventarius. Inventarium non obtulit Commendarius, uti in processu promonitus fuerat. Revisio facta. Calix tantum unus argenteus, integraliter deauratus cum patena, valde magnus et speciosus, quo quotidie promiscue etiam diebus ferialibus utitur Commendarius. Alterum calicem Wladislaviae habet plebanus, absque patena, quem a Skrabasz Nieszowiae vindicavit, ante eidem Skrabasz oppignoratum. Chrismale argenteum deauratum et speciosum valde. Crux argentea non deaurata, quae tria generosus D. Valentinus Grodziński, villae Łowiczek olim haeres, secum aliquando ex Hungaria in Poloniam asportata, ecclesiae Łowicensi an. D. 1590 donavit. Crux argentea continet in se particulam sacrosanctae Crucis. Pacificale nullum est. Est tantum Agnus Dei, maius una palma, marginibus deauratis decoratum. Appensum hoc Agnus Dei imagini altaris maioris, quae est B. M. V. Pixis sacramentalis non est, at in vasculis rudibus asservatur Sacramentum. Monstrancia par-

vula cuprea in vertice detruncata, unde nec crucem, quae ante fuit, in vertice praefixam habet. Corporalia 2, cum pallis, sed informiter composita. Cassulae 5 numero. Cassula solennis auro texta seu kamchea, intermixto veluto punici coloris. Cassula ex veluto rubeo, cum crucibus duabus auro textis ante et retro. Cassula de hatlaso rubeo, cum cruce auro texta. Cassula de muchaiero nigro cum cruce filo aureo intexta. Cassula de harasso albo cum cruce veteri. Omnes cum apparamentis. Cassula telae pictae alba, cuius nullus est usus. Pluviale de harasso viridi cum colari de adamasco flavo. Pluviale nigrum de muchaiero. Antependia 3, unum de axamento rubeo, cum cruce auro texta solenne; secundum ex tela picta grisei coloris; tertium simile huic; quartum ex lana textum varii coloris. Pellae 12. Mantilia 10 et telae tenuioris 4. Strophiola ad ceroferaria altaris duo. Tectorium cathedrae cum extremitate serico nigro depicta. Tectorium pulpiti altaris maioris de harasso. Szerzynki 5, omnes aureis et sericeis filis depictae. Vela pro calice 3, quorum 1 viride sericum; 2 albi serici simplicis; tertium nigrum serici simplicis; 4 ex tela auro intexta cum serico violaceo, quo velatur arca Ven. Sacramenti. Superpellicia 3. Candelabra 4 stannea. Vexilla 6; ampulae 2; lagena stannea. Thurribulum exiguum; caldaria 2. Pannus rubeus pro cooperiendis gradibus altaris maioris. Tapes 1 antiquus. Ferramentum pro oblati. Campanae in campanili 3, quarum maior corrupta, campana signans, manuales quatuor. Cereus paschalis.

Libri. Missale Romanum et Strigoniense ex Ungaria, Agenda Gnesnensis vetus, Graduale, Antiphonarius, Psalterium, habentur integra. Praeterea, nulli alii reperiuntur in ecclesia. Fratrnitas omnino extincta. Hospitale nullum est.

skąd nie ma tu
wrote?

Straszewo.

Villa Reverendissimi Wladislaviensis. Ecclesia tituli S. Martini, consecrata eadem ¹⁾. Plebanus V. Albertus a Raciaż dioecesis Plocensis, investituram et formatas omnes habens. Tonsuram non gerens. Indulgentiarum in ecclesia usus solennis pro die S. Martini, absque privilegio tamen et autentico, rusticis tunc ut plurimum per cauponas commorantibus et digladiantibus. Ecclesia ruinosa, ad quam sublimandam trabes aliquot grossae in coemiterio iacent prae-paratae. Bene tamen clausa. Coemiterium pecoribus pervium. Ciborium mundum, at non clauditur. Baptisterium etiam absque clausura. Praemonitus fuit officii parochus, Portatile integrum in altari summo; alterum altare absque portatili. Altare maius ex aenario ecclesiastico renovatur. Ciborium item et ambona et baptisterium coloribus exornata et parietes ipsi templi ex parte depicti. Cultus divinus pro more villarum expeditur. In ferialibus tamen parochus rarius celebrans. Metriculae baptisatorum et contractantium non conscribuntur. Catechimus non recitatur, eo quod nulli sunt pueri scholares. Rector ad ecclesiam, tunc sine cantore, modo an habeat cantorem, nescitur. Hostiae sacrae renovantur tempestive. Lumen ardet infra divina. Vestimenta sacra, utpote albae et id genus alia, sordida.

Dos Ecclesiae: Dotis habet mansos agri duos, in campo primo et secundo. In tertio autem campo mansus cum dimidio tantum, quippe semilaneus a colonis contiguis propter vel iniuriam, vel absentiam parochorum furtim aratro surreptus et vicinioribus mansis adiunctus. Locat hunc agrum ex tertio manipulo parochus ²⁾. Pratum unum maius, reliqua exigua. Hortum idem habet domui plebanali contiguum, unius

¹⁾ Commendarius Joannes Rozicki.

²⁾ 5 kop. miał.

stadii sulcorum 15. Alter hortus extra villam stadiorum duorum, ad quem duo hortulani resident, partem horti possidentes et plebano deservientes. Hortum hunc locat parochus, altero autem utitur ipse. Hortulanus quidam dictus Tracz, ab annis 20 circiter fundum ecclesiae, iuxta domum plebanalem, occupavit, sibi que omnino vindicavit, praedio seu curiae labores praestans. Eo in loco olim plebanus residebat. Hoc conquestus est parochus. Decimam plebanus habet manipularem ex praedio Poczałkowo ¹⁾, sed non solvitur. Decima Przybranowko, non solvitur ²⁾. Ex praedio Straszeviensi aliquando cassulae 2 siligiuis et marca 1 dabatur, at nunc nihil datur. Antiquae visitationes nullam faciunt mentionem decimae praedialis Straszeviensis.

Villae parochiales. Straszewo, Seroczki, Poczałkowo, Przybranowko. Duo coloni de Seroczki, ex parte V. Matthiae Dambrowski, parochi de Ostrowas, nomine raptae decimae excommunicati, violenter sunt per Dnum Grabski, haeticum in coemeterio hoc ante annos tres sepulti. Manent adhuc aliqui in excommunicatione, qui non curant quicquam. Haeticos haec parochia non alit, confitentur parochiani. Raptores etiam decimarum, Jemielski et Wilkostowscy, absolvuntur a parocho circa diem festum paschae.

Victrici ad ecclesiam duo; vinum, thus, cera et reliqua ex aerario ecclesiae providentur. Confitetur ipse plebanus vicinioribus parochis vel Commendariis. Alioqui plebanus hic incontinentiae vitio laborat, coetricem secum suspectam circumducens. Aleae etiam deditus, tam in Straszewo, quam et extra. Sed iam forte resipuit.

Inventarium Ecclesiae. Calices duo, alter argenteus, alter cupreus ³⁾. Crux argentea eleganter fabricata. Monstrancia argentea. Pacificale aereum per

¹⁾ Pan Imielski.

²⁾ Pan Jędrzej i Piotr Wilkostowscy dają 6 grzywien.

³⁾ Tertius argenteus teraz sprawił z patena, także pozłociste i z kielichem, Jakób Babulka z Serock.

modum crucis. Cassulae 9: złotogłowy, axamintny czarny, adamaszkowy czerwony, hałasowy żółty florisatus, hae 4 absque pertinentiis. Reliquae cum pertinentiis. Pluvialia duo. Corporalia tria crassa et parum munda. Pellae 17, Manuteria 10, Rąbków 6. Antependia 4. Vela pro calice duo. Arca V. Eucharistiae Sacramenti orychalcea. Superpellicia 2. Vexilla 6. Candelabra duo aerea et duo stannea. Caldaria 3 ¹⁾. Campanae duae maiores et tres minores. Seracula 7; cistae 3 ferro munitae et reliqua minutiora. Missale Cracoviense, Agendae duae. Graduale, Antiphonarius, Psalterium habentur. Partes duae Pomerii Homiliarum de tempore ²⁾.!)

Chlewiska *).

Plebanus residens V. Ambrosius a Brdowo. Investituram et formatas habens ³⁾. Ecclesia tituli SS. Trinitatis, consecrata, tectum reparatur. Coemiterium similiter. Ossorium tectum. Indulgentiae, si quae sunt vel fuerunt unquam, nullo autentico probatur. Pro festo tamen SS. Trinitatis concursus populi ad hanc ecclesiam, orationis et peregrinationis causa, frequentissimus ⁴⁾.

Sanctuarium. Sanctuarium alias poświętne, certis metis signatum ac circumscriptum, omnium trium camporum. Singuli campi duorum instar mansorum, quos agros coarat et excolit ipse parochus ⁵⁾. Hortus domui plebanali vicinus. Parochialis domus reparatur, quippe hypocaustum noviter unum exstructum. Schola item recens exstructa in ecclesiae fundo. Sutoriam

¹⁾ Żelazo złe do opłatków.

²⁾ Zginęły.

³⁾ Inventarius a Carnecovio 27 Aprilis 1580.

⁴⁾ Miał od Karnkowskiego dziesięć po Chlewiskach 1581, 9 mensis mai i antecessor jego.

⁵⁾ Kop plus minus 15 albo 20.

*) Descriptio eccl. in Chlewiska, Grabia et Dybowo, reperitur in Vol. 68 f. 175—179; deest vero in Vol. 70.

artem socer parochi exercet in domo plebanali, cum uxore habitans. Minus hoc decorum esse persuasum est a Visitatore plebano ¹⁾).

Decimae Parochi. Decima hic deservit ex duobus praediis Zdunowo, sed non solvitur. Decima ex sorte regia in Stanomino, quae tantum duabus marciis per Dnum Krzykowski redimitur. Decima manipularis in Chrostowo, non solvitur. Decima Konary non solvitur; promittitur tamen solutio ²⁾). Decima Markowo, alternata cum Branno, non solvitur.

Villae Parochiales. Chlewiska, Mleczkowo, Przybysław, Chrostowo, Wilkostowo ³⁾), praedium Zduowo. Haereticos habet parochia Dnum Ruszinowski, publicanum, raro residentem in Chrostowo. Et D. Wilkostowska, viduam et alios indifferentes ⁴⁾).

Parochus. Parochus sui officii non immemor, quod et sua diligentia exornat, et quamvis pauper, vocationem tamen suam et stationem, manibus propriis interdum operando, tuetur. Paucis hic contentus. Portatilia altarium inviolata. Metriculae conscribuntur ⁵⁾). Catechismus recitatur per solum plebanum et puerum ministrantem. Rector scholae ad ecclesiam et scholares 5. Confitetur in Brodnia, Decano suo interdum. Clauditur Ciborium et baptisterium, mundeque curatur. Victricus ad ecclesiam tantum 1. Admonitus Plebanus ut plures victricos substituat. Aerarium ecclesiae penes eundem.

Supellex Ecclesiae. Calices tres, argentei duo cum patenis et tertius cupreus ⁶⁾). Crux cuprea deaurata. Eiusdem materiae monstrancia. Tabella cum Reliquiis sacris ⁷⁾). Planetae numero 9, cum suis paramentis, exceptis duabus. Cappae duae, pellae 15,

¹⁾ Niemasz go już.

²⁾ Pan Konarski daje 2 grzywnie.

³⁾ do Grabia.

⁴⁾ W zakrystyi spowiedzi słucał, dał się przegłądać in baptisterio.

⁵⁾ Ineptissime.

⁶⁾ Fractus unus calix, mają go zafrymarczyć.

⁷⁾ Połupiona.

mantilia 18. Rąbków 12. Szerzynki 2, altera filis aureis, altera sericeis rubeis picta. Tobalea pro ambona, antependia 4¹⁾). Corporalia 3 eaque munda cum pallis. Superpellicia 3. Velum quadragesimale. Caldaria duo. Scatula 1. Campanae maiores tres. Tinnabula 5. Candelabra 2 stannea. Lagena stannea 1. Serae pensiles 6. Vexilla 6. Scrinium maius ferro communitum. Missalia 2, Agenda, Gradualia duo, Antiphonarius novus: habentur in ecclesia²⁾). Reliqua minutiora complura, registro ecclesiae continentur.

Grabie.

Villa nobilium Grabski et Branski. Juspatronatus eorundem vigore alternatae. Ecclesia murata parochialis, tituli S. Wenceslai, sarta tecta, consecrata, ut certum est. At postmodum sepultura haereticorum profanata, nec reconciliata haecenus³⁾). Indulgentiis nullis gaudet. Coemiterium recens septum, campanile et vestibulum templi exstructa. Tectum ecclesiae ac fenestrae reparatae et alia quaedam per Commendarium modernum. Ossorium dirutum, at iam constructum⁴⁾). Portatilia duo integra altarium duorum, tertium absque portatili. Ciborium ornatum, at saeculi sacramentales immundi. Altaris maioris imagines eleganti pictura exornatae per Dnam Czerwinska, Pultowiae elaboratae et Plociae consecratae, cum figura Dominicae Passionis.

Parochus. Parochus Joannes de Chlewiska⁵⁾, non residens, et ecclesiam rarissime suam visitans, a Dno Brański Alberto, hic praesentatus, et a Rsmo Dno feliciter moderno institutus. Raro huic parochi vel nunquam cum suo Commendario bene convenit.

1) Nowe 2, jedno żółte muchaerowe, drugie diversi coloris w stupy.

2) Nie masz nic dobrego.

3) Reconciliata.

4) Duo altaria, sine portatili unum.

5) Paulus a Łowicz.

malarka w
hufciarka

Juratos inimicos recte quis dixerit, usque adeo se mutuo prosequuntur, conviciantur, expugnant, litterae testes et commenda, Commendarius ecclesiae Joannes a Gostynin, formatas et litteras habens ¹⁾, idiota plane, vigilans tamen. Plebanus in Brodnia residens, faeminam suspectam domi suae alit. Uxorem etiam nuper habentem rusticum, dictum Koziel, cum alia uxore illegitime, absque bannis, coniunxit. Commendarius ad rem nimis attentus et cupidus habendi. Lites et turbas saepius, cum suis ecclesiae ministris excitat. Admonitus, ut modestius se gerat. Divina officia vigilanter exequitur et Sacramenta administrat. Catechismus recitatur. Decalogus canitur. Bogarodzica rarissime. Baptisterium non clauditur. Tapes et claustrum, quod olim fuit, negligentia Commendarii disperierunt. Metriculae conscribuntur ²⁾. Rector cum cantore et scholaribus multis ad ecclesiam. Victrici duo de Grabie coloni: vinum, thus, ceram et alia pro usu ecclesiae ex aerario collecto provident ³⁾. Antiqui victrici rationem reddere negligunt, complendi.

Dos Ecclesiae. Dotem habet duos laneos agri in omnibus tribus campis, singuli 12 sulcorum cum additamentis certis. Porro hi mansi a Dnis villae agris praedialibus annexi ex antiquo possidentur, ita ut coloni alii reperiantur, qui hoc scire se pernegent. Sunt tamen testes complures, qui hoc testantur et confitentur, v. g. Gbur emeto in Wola Słuzeviensi, qui puer adhuc parochis in Grabie inserviebat. Et Wilczek, oppidanus Słuzeviensis de Opoki maiore oriundus, qui etiam se digito posse locum agrorum monstrare asseverat. Certum est, horreum amplum olim plebani huius fuisse et dives. Ab annis circiter 40 nullus parochorum residet, et per hoc spatium saepius vacabat ecclesia. Est adhuc vestigium domus plebanalis desertae, cui adiacet hortus iustae magnitudinis, quo usufruitur Commendarius. Item tria habet prata.

¹⁾ Commendarius pater Albertus Lipnensis.

²⁾ Negligenter.

³⁾ Victrici Valentianus sartor et Christophorus figulus.

Primum penes hortum plebanalem; secundum ultra hortum versus Tażyna, curruum faeni ferme 30; tertium pratum ultra molendinum Dulewski ad paludem Tażyna situm et protenditur usque ad vias regias Torunenses. Super hoc vide in actis Juniwladislavien-sibus castrensibus concordiam inter Dnos Concollato-res an. D. 1596 factam. Item ex utraque parte ec-clesiae sunt areae desertae fundi plebanalis, pro con-struendis aedibus aptae. Plebanus usufruitur his om-nibus pratis estque in possessione.

Referuntur huc Decimae. Decima Grabie mani-pularis ¹⁾. Decima Starograbie manipularis ²⁾. Deci-ma Kawieczyno manipularis ³⁾. Decima Wilkostowo manipularis ⁴⁾. Decima Ośnieszewo manipularis ⁵⁾. Fer-tur, decimas huc pertinere ex praedio Opoki maior et ex praedio Opoki minor. Sed antiquae Visitations hoc non referunt, Dnus tamen Branski ratione deci-mae Grabie suae sortis et ratione decimae Starograbie solvit marc. 10. Et Dnus Petrus Grabski seu Joannes filius eius et successor, ratione suae sortis Grabie, solvit parcho marcas decem. Et ex Kawieczyno sol-vit marc. 7. Rmus Dnus existens in Grabie, seu visi-tans ecclesiam hanc, Commendario 20 marc. praedic-tas, parcho vero marc. 7 ex Kawieczyno, decreto suo verbali assignavit.

Villae parochiales. Grabie, Starograbie, Kawie-czyno, Osziniszewo, Opoki maior et minor, Wilko-stowo, molendinum Dulewski, ex quo decima servit Plebano ⁶⁾.

Ornamenta Ecclesiae. Calices 3 argentei cum patenis, quorum unus deauratus; calix quartus stan-neus. Crux argentea deaurata, cum Reliquiis. Pixis V. Sacramenti cuprea. Cassulae numero 8: hatłasowy

¹⁾ Plus minus 15 cassularum ex Grabie.

²⁾ Plus minus 4 vel 5 cassulas.

³⁾ Plus minus 10 cassulas, non datur a 3 vel 4 annis mani-pularis, neque solvitur.

⁴⁾ 5 marc. solvitur.

⁵⁾ Plus minus 18 flor.

⁶⁾ Solvitur.

czerwony, cum pertinentiis. Kamchowy solenny aureis filis florisata, cum pertinentiis. Adamaskowy biały, cum pertinentiis. Czamletowy czerwony, cum pertinentiis. Czarny muchaieru tureckiego, cum stola et manipulo tantum. Kamchowy stary cum Alba. Adamaskowy stary, absque pertinentiis. Kamchowy cum cruce lata, sine pertinentiis. Pluvialia duo de kamcha, tertium nigrum de muchaiero turcico. Antependium solenne de hatlasso coloris rubei. Antependium de hatlasso per columnas varii coloris. Antependium nigrum de czembeleto. Et alia duo kamchea. Stragulum intextum loco antependii, altari admotum necdum consecratum, alias koldra przetykana. Pellae 22. Mantilia 20; rąbki 4. Pro monstrancia ornanda duo vela elegantia. Corporale tantum 1 idque immundum et 3 pallae. Szerzynki tres, quarum duae non consecratae, adhibentur tamen altaribus, in quarum superficie plerumque corporale ponitur. Candelabrum magnum cupreum ante Ciborium, fusile. Item candelabra altarium 4 stannea et duo lignea argentea spuma dealbata. Scrinia 3 in sacrario, vexillorum duo paria. *Velum quadragesimale* pro altari maiore, et aliud velum pro velando altari, serico intextum. Missalia 3, scilicet Gnesnense et Cracoviensia 2. Agenda Povodovii et Gnesnensis vetus. Sermones parati de tempore et Sanctis. Postilla Wuycii maior. Graduale pergameneum. Antiphonarium et Psalterium non habentur. Victrici duo, aerarium penes eosdem. Vinum, thus, cera, fabrica et reliqua, per eosdem providentur.

Dy b o w o.

Ecclesia Dyboviensis iurispatronatus Regiae Maiestatis, nuper adiutricibus manibus fidelium piorum exaedificata, absque titulo, quippe nondum consecrata, facultas tamen a Rmo Dno Episcopo feliciter moderno concessa in ea celebrandi. Vetus ecclesia murata more Dyboviensis, manet ad ripas Vistulae deserta. De erectione non constat cuiquam. Parochus seu Prae-

positus Dybowskiensis R. Simon Świecziczki, idemque scholasticus Crusviciensis, non residens. Commendae nomine administrat ecclesiam praefatam V. Gregorius a Koło, actu presbyter, qui formatas habet. Commendam saepe negligit. Hic capit a parocho salarii annui flor. 20, ex quibus idem exponit pro rectore scholae flor. 5. Missa canitur diebus dominicis et festis, lecta bis in septimana, interdum tantum semel. Non usque adeo pius hic bonus pater. Thoruniam frequentat. Continentiae non usque adeo opinionem tuetur, publice peccabat hoc nomine ibidem aliquando. Ingurgitat se saepius. Lanigenam in domibus oppidanorum, ubi convivia aliqua celebranda instant, exercet. Catechismus raro recitatur, saepius intermittitur. Decalogus canitur. Bogarodzica non item. Portatile integrum in altari summo, at altare tabulas non habet, praeter imaginem papyraceam. Metriculae baptisatorum et contrahentium non scribuntur. Extremae unctionis insolens plane usus. Faeminae abortivae remittuntur Thoruniam ad patres Soc. Jesu. Ciborium et baptisterium et vestes sacrae munde curantur. Coemiterium septum, templum fortiter clausum.

Proventus Ecclesiae. Domus Plebanalis nulla est, praeter domum Commendarii et scholam, quae sitae inter domos oppidanorum. De proventibus huius ecclesiae nulla prorsus in antiquis Visitationibus mentio, quamquam non huic novae in Podgorze exaedificatae, at illae alteri muratae ad Vistulam sitae deserviebant antiquitus. Haec proinde nova titulum illius desertae sortita. Agri nulli sunt huius ecclesiae praeter decimas, quae ex agris oppidanorum Podgorze et ex molendinis decimantur. In summa cassulas, praeter siliginis 30, excepta decima aestivali, quae ad cassulas circiter decem aestimari solet. Ex molendinis duobus, Kąkol et Chrzyszcz, Dnus Leszczycki tenentarius, violenter his annis decimam rapuit, nec solvitur. Alioqui ex aliis 5 molendinis decima extradita est manipularis valoris 40 flor. citra vel ultra, hae olim decimae omnes taxabantur.

Villae Parochiales. Podgorze oppidum, Nieszewa

Dalsza, Nieszewka, Kozybor staw, Rudak Dybow, et molendina 7, Kąkol, Philipp, Chrzasth, Rugeica, Dulew, Jaszyn, Jarznow. Haereticum tenet haec parochia perfractum Dnum Kossowski, vicecapitaneum Dyboviensem cum tota fere familia. Populus in hac parochia dissolutus, impius, religioni minus addictus catholicae. Exemplari indiget haec parochia sacerdote, utpote haereticis vicina.

Victrici. Victrici per hos annos permultos rationem accepti et expensi non fecerunt. Compellendi ad faciendam rationem. Legata quaecunque deseruiunt ecclesiae, non extorquentur. Quidam ex victricis antiquis debet aerario ecclesiastico flor. 48, quod quidem debitum iure lucratum et obtentum. Debitor eo nomine fundum certum, seu agrum eo nomine ecclesiae ad usufruendum concessit, tam diu donec debitum omne persolvat ecclesiae. Victrici moderni tres oppidani.

Hospitale. Hospitale nullum est, pro cuius tamen structura plurima sunt legata, quae flor. 50 excedunt. Haec per Visitatorem V. Mathiam Dąbrowski, diligenter manu propria connotata ad exigendum sunt victricis praesentibus, maxime vero proconsuli Dno Jakuszewski, commissa, victrico primario.

Apparamenta Ecclesiae. Calices 4 argentei, quorum 2 deaurati. Crux argentea, altera cuprea. Pacificalia parva argentea 2. Monstrancia argentea cum deaurato Melchisedech. Arca divinissimi Sacramenti stannea. Cassula cum suis attinentiis auro texta per R. olim Joannem Begiell praepositum Dyboviensem comparata. Cassulae reliquae octo numero, plures sine suo apparatu. Pellae 15, mantilia 7; corporalia 3. Szerzynki duae: altera ex adamasco, altera serico nigro picta. Pluvialia tria et quartum nigrum pro quadragesima. Commendarius asseruit sacras vestes huius ecclesiae consecrari per Dominicanos Thorunenses. Corona cuprea ante Ciborium pensilis, cui lumen affigitur. Duo paria candelabrorum stanneorum. Missale Romanum, Agenda Gnesnensis, Graduale, Antiphonarium, Psalterium, habentur. Nulli libri

praeterea. Lanspergius hoc anno interiit. Thus, cera, vinum, fabrica et reliqua per victricos providentur.

S ł o ń s k o.

Villa Regia, ad praesens Mfcae Dnae Margarethae Służewska ¹⁾. Ecclesia lignea parochialis tituli SS. Petri et Pauli Apostolorum. Anniversarius dedicationis prima Dominica post festum Sancti Michaëlis. Indulgentias peculiare nullas habet.

Parochus. V. Simon Zalewski ²⁾ ecclesiae Służeziensis mansionarius; non residens, at saepius ecclesiam hanc visitans ³⁾. Hanc administrat per Commendarium nomine Simonem, dioecesis Gnesnensis, actu presbyterum, qui formatas habet, at absque Commenda. In hac ecclesia, ob vigilantiam pastoris, omnia rite fiunt. Ecclesiae coemiterium septum ⁴⁾. Fenestrae templi ampliatae et superadditae. Sacrarium novum exstructum per colonum villae, Panek dictum. Ciborium novum et elegans. Altare maius de novo erectum, lateritium, cuius et tabulae renovatae ac illuminatae. Pavimentum lateritium utrique choro datum. Formae seu stalla utrinque in choro minori posita. Altaria duo murata cum portatilibus integris supermuratis. Haec omnia impensis moderni plebani.

Dos Ecclesiae. Pro dote habet mansum agri in omnibus tribus campis, latum sulcis 20, stadiorum tantum duorum. Hunc agrum locat plebanus ex parte tertiae crescentiae colono villae, a triennio ad triennium ⁵⁾. Item habet prata tria, non contemnenda, valoris foenum fl. 6. Item decima manipularis a 24

¹⁾ Mathias Smogolecki Capitaneus Bidgostiensis.

²⁾ Petrus Chęciniensis.

³⁾ Habet ibi residentem Commendarius.

⁴⁾ Nihil minus.

⁵⁾ Plus minus 3 kopy: Starosta Bidgoski odjął jedną łakę na olendry, wymierzył inszą.

colonis eiusdem villae Słonsko, quotannis extraditur ¹⁾. Insuper a lino sato per gr. 2 singuli persolvere sunt soliti parochi. Decima ex praedio Cziehocinek. Mfca Dna Palatina, ratione decimae parochi quotam confert, v. g. cassulas 20 circiter, crescentiae utriusque frugum diversi generis ²⁾. Decima ex Otluczyno, alternata cum plebano Złotoriensi alterius dioecesis ³⁾, sed haec alternata errore quodam crevit. Modernus parochus Słonensis hanc illi denegat. Cmetones 6 solvunt per gr. 6. Decima manipularis in Woluszewo, ex agris praedialibus et cmetonalibus, non solvitur ⁴⁾. Molitor Koth solvit gr. 12.

Domus plebanalis reformatur, saepimentis altis cingitur etiam ad decorem. Habet holodium cum hortulo, quod modernus parochus posuit. In hoc hortulo alvearia apum 7, pro ecclesiae subsidio olim pie legata, et in horto plebanali reposita, melis pars cedit plebano, cera et reliquum melis, pro ecclesia datur. In opposito templi schola, quam magister cum Cantore inhabitat. Hanc domum scholae, inique diu possessam, vindicavit aere proprio parochus modernus, iuxta decretum Mfcae Margarethae ⁵⁾, ex manibus cuiusdam Pabich, persolutis ei pro aedificio in fundo ecclesiae constructo, fl. 8, qui numerata pecunia, cessit et plebanum quietavit, praesentibus Nicolao Panek, Luca Wierziadlko et Tiburtio, victricis ⁶⁾.

Inventarius Ecclesiae. Calices duo argentei, cum patinis, quorum unus deauratus totaliter. Crux argentea deaurata, cuius sedes cuprea. Pacificale parvum cum Reliquiis, argenteum. Monstrantia cuprea. Portatilia in ecclesia 3 integra et consecrata. Pi-

¹⁾ Plus minus 40 casul. omnis graui. Ozminy plus minus 24 casulas.

²⁾ Nie dają teraz.

³⁾ Plocensis.

⁴⁾ Słońskiemu płaca plebanowi wytyczną; bierze i od Olen-dra mlinarza, plus minus oba 14 fl.

⁵⁾ Służewska, palatina Brestensis.

⁶⁾ Wolny dom.

xis Ven. Sacramenti stannea ¹⁾. Chrismale stanneum. Thurribulum cupreum. Lagena stannea pro vino. Ampulæ 4 stanneae. Caldaria 2 aerea. Ferramentum pro oblatiis. Cassulae 5, videlicet: albi adamasci, adamasci viridis cum cruce auro texta; kamcheae duae puniceae et rubei coloris cum crucibus per figuras auro textis ²⁾. Ultima nigra de harasso. Omnes cum pertinentiis. Cappae duae, Antependia duo diversae materiæ. Pellae 18. Manuteria 12. Linteamina duo. Vela pro calicibus 6. Scatula pro servandis velis. Superpellicea 2 maiora et 2 minora. Corporalia 4 cum custodiis. Szerzynki 7, quarum quaedam serico depictae. Velum quadragesimale. Vexillorum paria tria. Scrinium ferro munitum et armarium ad seranda ornamenta. Candelabra in utroque altari lignea depicta. Gazophilacium. Seræ pensiles 7. Campanae duae im campanili, signans 1, manuales 2. Imago Crucifixi, at imago Resurrectionis non habetur ³⁾.

Libri. Missale Romanum, Gnesnense, Cracoviense. Agendae Gnesnenses duae. Graduale recens per plebanum modernum comparatum. Antiphonarium vetus. Psalterium similiter, at integra. Summarius Historiarum Antonini Archiepiscopi Florentini. Sermones Jacobi. Ordinis Praedicatorum ⁴⁾. Biblia sacra in parvo opere. Breviarium Wladislaviense vetus, ex quo Psalmi canuntur.

Vietrici vinum, thus, ceram, procurant, in defectu plebanus ipse ⁵⁾. Regestra conscribunt, et ad calculum revocant, in manibus parochi. Porro defectus pauci sunt in hac ecclesia. Metriculae notantur baptisatorum et contrahentium. Decalogus et Bogardzica canuntur ⁶⁾. Scholares nulli sunt. Commen-

¹⁾ Alia argentea parva.

²⁾ Nowy biały adamaszkowy ornat i stuła przy nim.

³⁾ Ma być pobity kościół znowu wszystek.

⁴⁾ De Voragine, tego nie masz.

⁵⁾ Vietrici: Tiburty y Wociech Gurka.

⁶⁾ Non canuntur.

darius Nieszoviae confitetur, nec accusatur a parochia suo alicuius negligentiae. Commigrare ad dioecesin Culmensem intendit. Rudis hic sacerdos et impexis moribus.

Villa parochiales. Słonsko, Cziehoczynek, Woluszewo, Otluczyno, Brzezcie ¹⁾).

Swiniarzewo. *cf. infra Kaliszewo (n. 196)*

Villa nobilium. Philippus Zakrzewski Samosatenus haereticus ²⁾, ecclesiam ligneam, Dno Roskowski, ante annos 10 ³⁾ dono dederat, minitatus ei flammam et ignem. Quam {quidem {D. Roskowski ad Roski villam suam haereditariam transferi fecit. Ecclesia illa a quodam Martino Bodzanowko, dicto Miaszkowic, plebano eiusdem ecclesiae anno Dni 1518 fuerat constructa, uti inscriptio super postes sacrarum posita testabatur: idque in honorem et laudem Omnipotentis Dei et BMV. et ad honorem Jacobi Apli, Patroni huius ecclesiae, nec non aliorum Patronorum, B. Martini Epi et S. Leonardi Conf., SS. Catherinae, Barbarae, Perpetuae et Felicitatis Virginum ⁴⁾).

Hoc tale sacrilegium nefarii haeretici dolebat vehementer cordi Illmi ac Rsmi Dni Hieronymi a Rozrazow Dei gratia Episcopi protunc Wlad. et Pomer. ac proinde pro sua singulari pastorali vigilantia et sollicitudine, odio quantumvis in se infronto haereticorum frementium concitato, scelus hoc auctoritate Episcopali ac impensis non mediocribus, vindicandum sibi sumpsit, eoque auspiciis divinis fretus, impium haeresiarcham iuridice ac officiose compulit, ut alte-

¹⁾ I Koth mlinarz.

²⁾ Est Jobi Zakrzewski catholici.

³⁾ 15 annos.

⁴⁾ *Nota.* Ex narratione victricorum, kiedy rozbierano kościół w Swiniarzewie, tedy ukradziono dzwony w nocy do Choczenka, dwa dzwony z wiadomością p. Działyńskiego i powiadają, że je przelewano.

961
ram eodem loco, itidem ligneam ecclesiam, suis sump-
tibus exaedificare, et erigere necesse haberet, quan-
tumvis animi scrutiaretur et moereret. Aedificato
tandem templo, prosequi ius suum Rsmus Dnus Epis-
copus non destitit, quin etiam eundem haereticum, ad
restituendum omnia, quae ecclesiae olim propria fu-
erunt, adegit, iuxta hanc Transactionem anno Dni 1598
cum ipso factam, cuius hic tenor est.

*Conditiones Transactionis inter Illum ac Rsmum
Dnum D. Hieronymum comitem a Rozrazow Epum
Wlad. et nobilem Philippum Zakrzewski.*

Rzeczy potrzebne y do odprawowania chwały
Bożey y szafunku Sacramentów w kosciele sprawicz,
tak yako przedtym bely, czo werificowacz się ma ex
testimonio Parochianorum, tho iest, trzy ołtarze zbu-
dowacz, obrazy do nich, ciborium, krzezielnice, ławki,
okna, drzwi, zawiassy, zamki, podniebienie. Dzwon-
nica aby bela zbudowana ¹⁾. Srebro, aparaty, obru-
sus, antependia, wela Inwentarza podanego oddacz.
Których rzeczy niedostawa wedla Inwentarza, a iest
o nich wiadomośc, na którymby miescu bely, swą
pracą y kostem P. Zakrzewski dostacz ma, y w kos-
ciele w Swiniarzewie stawić. Gdzieby iednak auc-
toritatem JMei X. Biskupa potrzeba belo, JMosc z wło-
życz się w tho obiecuie, zwłaszcza do wydania srebra
w kosciele Bądkowskim, jeżeli ex veris testimoniis
pokaże się bycz tamecznego kosciola, także y dzwon
w Choceniu ²⁾.

Acz Pan Philip Zakrzewski ius praesentandi utra-
czył, będącz różney Religiey, y in tempore a iure
praescripto nikogosz nie praesentował. Jednak JMosc
X. Biskup z miłosciwej łaski swey dopuszcza Panu
Zakrzewskiemu praesentare, wszakze tak, aby kapłana

¹⁾ Nota. Zwonice nie zbudował; obrazy stare tylko dał.

²⁾ Po śmierci X. Wysockiego sługa jego sprzedał kielich
koscielny do Słupow na norza chłopu, ten zaś darował do Bąd-
kowa ten kielich. X. Dominowski wrocil do Świniarzewa mon-
strancją srebrną małą i kielich z napisem X. Zakrzewskiego
Tomasza.

godnego y sposobnego ad curam animarum, ktoregoby mogli słusznie investire Jego Mocz, praesentował.

Trzy domy budowane oddacz. Jeden dla plebana, drugi dla Vicariego, trzeci dla Szkoły ¹⁾.

Rola plebanską z zasiewkiem oddacz, także łąki, ogrody, y inne grunty, do plebaniey należące. Dla wszystkiego dozor JMoczy X. Biskup, rewizory swe dwa razy posłacz będzie raczył, teraz w tych dwu niedzielach. Ras pierwszy dla obwieszczenia czo się sprawic ma, drugi ras przed samym terminem do odbierania wszystkiego,

Co wszystko, żeby mógł P. Philip Zakrzewski odprawic, pierwey niżeli z Decretu Trybunalskiego oth JMci X. Biskupa wypuszczony będzie w przyszłe Sądy Brzeskie, ex consensu partium, terminus deliberationis do 6 niedziel ma się prorogowacz. A JMśc X. Biskup kiedy się temu wszystkiemu od Pana Philippa Zakrzewskiego doszycz stanie, będzie powinien dacz signicatorias (*litteras*), że syę oth P. Philippa Zakrzewskiego JMsci X. Biskupowi doszycz stało.

His conditionibus Philippus nondum satisfecit omnibus, ac proinde lite adhuc pendente, nondum est ab Illmo ac Rsmo Domino manumissus.

Dos Ecclesiae Świniarzeviensis. Pro dote haec ecclesia Swiniarzeviensis habet praedium certis limitibus circumscriptum. Intra hos limites duos campos habens versus Swiniarzewo, inter Załuskowska et Gosławska, ex adverso Bachorza, cum pratis ad paludem sitis. Tertius campus inter agros colonorum super Bachorza. Item iugera certa sulcis 80 decurrentia, super lacus autem et rubeta 70. Item inter praedii agros sunt sulci 12. In altero vero campo sulci 26. iuxta stagnum. In tertio 20 sulci, finiuntur autem 13 post curiam. Item in eodem campo versus

¹⁾ Są trzy domy. Rectori scholae pan Zakrzewski daje 4 flor., ociec dawał 4 marcas z tego Cantorowi.

Swinki 40 sulci. Item in Swinki 30 sulci penes limites Załuskowskich ¹⁾. In altero vero campo 18 sulci.

Decimae eiusdem. Habet item decimam manipularem in villa Swiniarzewo, valoris 30 marcar. ex praedio autem 10 marcarum. Item habet decimam in Swinki, valoris 5 marcarum. Item decimam manipularem ex minori parte in villa Załuskowo, valoris 6 marcarum. Ex altera vero parte ad ecclesiam, in villa Konecko, videlicet ex duobus campis; ex tertio autem ad ecclesiam Swiniarzeviensem spectat. Idem decimam manipularem ex praedio Goślawice, valoris 5 marcarum. Ex agris colonorum ad ecclesiam in Koneczk valoris 20 mar. debetur ²⁾. Habet item hortulanos tres ³⁾.

Villae parochiales. Swiniarzewo, Uyma maior, Świnki, Załuskowo, Goślawice.

Haec ecclesia dum et quando in ordinem rediget, inque statum pristinum (quod et brevi fore duce Deo speratur) revocabitur, tunc demum iure ac controversiis sopitis, revisio in particulari universorum subsequetur, ac praesentibus inseretur.

Konecko.

Villa nobilium Dominorum Joannis et Petri Grabski. Ad ecclesiam iurispatronatus eorum per alternatam. Ecclesiae titulus S. Procopius. Consecrata per Rever. Dnum Ep. Karnkowski. Indulgentias habet per quendam Cardinalem sub Julio III Pontifice dierum 100 concessas, idque pro diebus festis S. Procopii, dedicationis et Assumptionis B. M. V., quarum tamen non est usus.

Violata ecclesia sepultura haereticorum duorum,

¹⁾ Filip Zakrzewski skupiel dwu szlachiców w Swynkach i za jedną drogą kupiel zaraz plebanskie rolę,

²⁾ Tomasz Warchol pomni kiedy wytykał X. Wysocki ante 30 annos.

³⁾ Duos: teraz niemasz żadnego, ani domowych.

Domini Lucae Grabski et Krzyżanowski, qui violenter in ea tumultati sunt. Irreconciliata hactenus, de indulto Rev. Dni Episcopi in ea celebrandi non constat. Eius pavementum arenosum. Coemiterium ruit. Portatile integrum in summo altari ¹⁾. Reliqua altaria absque portatili. Ciborium et baptisterium sub clausura.

Parochus. Parochum modernum senio et morbo putido ac faetido confectum, maiori ex parte ecclesiae inutilem, patitur Ecclesia ²⁾; praesentatus hic olim ad ecclesiam per Dnum Martinum Grabski, patrem Joannis Grabski succamerarii, domi plusquam sordidus. Domus plebanalis ante annos 28 conflagravit, proinde adhuc plebanalis area deserta manet cum horto stadii unius, e regione ecclesiae septentionem versus. Huuc hortum locat plebanus suo inquilino, qui ibidem casam sibi ex consensu plebani extruxit. Rarius hic morbo impediente celebrat, raro vel admodum brevissime concionatur, sed nec quid dicat doceatve vulgus percipit. Metriculae baptisatorum et contrahentium non notantur. Copulat non praemisso in contrahentibus sacro poenitentiae sacramento. Catechismus non recitatur; Bogarodzica non cantatur. Formam absolutionis quandam antiquam retinet. Tonsuram son gerit. De casibus episcopalibus vel papalibus nihil novit. Munditiem et decorem in vestitu non servat. Indusium vix aliquando lavit. Hoc idem videre licet in sacrario et altaribus, unde mappa altaris et alba et corporalia prorsus immunda. In sacristia fere omnia absque ordine disiecta ³⁾. Habet rectorem scholae, cui solvit marcas duas.

Proventus Ecclesiae. Sanctuarii sunt agri mansi 2 in Konecko, in omnibus tribus campis. Singuli mansi sulcorum 8, quamquam in campo uno versus Kamieniec

¹⁾ Portatyl jeden wmurowany. Sakrament plus quam ab surde chowaja. Oltarz rzezany z Broniewa, renowowany.

²⁾ Commendarius Simon a Korabki, sine commenda.

³⁾ Olea cum Sacramento chował. Vasa plus quam inepte oleorum.

mansus tantum unus. Alter vero vepribus ac sentibus obsitus; incultus iacet, penes praedium contiguum Dni Petri Grabski. Locat agrum plebanalem parochus colonis per flor. 6 annuatim. Item haereditarium pagum ecclesia haec habet dictum Parchowo. Cmetones hic pagus habet quatuor et scultetum. Olim cmetones quinque fuere. Scultetus desertos agros quinti cmetonis excolit. Hunc vero pagum collator et patronus ecclesiae, D. Joannes Grabski violenter occupavit ac possidet. Census floreni 24, cedit parocho quotannis. At labores et onera omnia cedunt Dno Grabski, ratione cuius prandio excipit plebanum, at nec semper.

Decimae eiusdem Plebani. Decima villae Kamieniec post agros tam cmetonales, quam praediales, Manipularis, cuius in usu fuit olim plebanus konecensis D. Andreas Wodzieracki, non solvitur. Item decima ex praediis Konecko et ex duobus mansis cmetonalibus, qui iam sunt praediis annexi, non solvitur. Decima post araturas cmetonales, quonam disponenda sit et quo spectet, vide titulum Piotrkowo, in decanatu Radzieioviensi. Decima post agros Chromawola, quam olim plebano Dnus Seroczki, haeres huius fundi solvebat. Item decimae praediorum Święte et praediorum Nieszewy, non solvuntur. Post agros ibidem cmetonum ad parochum Raciażnensem pertinet.

Villae parochiales. Konecko, Kamieniec, Parchowo, Święte, Nieszewy, Chromawola, Gęszyno; in Kamieniec residet haereticus Piaskowski et duo in Nieszewy.

Supellex Ecclesiae. Inventarius non est scriptus. Admonitus officii plebanus. Calices 2 argentei in parte deaurati. Cruces 2 argenteae cum basi utraque cuprea. Pacificale non habetur. Monstrancia cuprea deaurata. Casulae tres solemnes, videlicet; 1a auro texta, 2a adamasci, 3a ex hatlasso rubeo cum cruce lata et apparamentis. FERIALES item casulae 4, cum pertinentiis ¹⁾. Antipendia tria. Szerzynka de

¹⁾ Ornat jeden nowy, czarny, pothatlasowy.

adamasco et duae sericeis filis depictae. Vela duo pro calicibus. Pellae 13. Mantilia 10. Corporalia 4, immunda et male composita ¹⁾. Par candelaborum stanneorum. Pannus in gradibus altaris maioris. Arca Ven. Sacramenti desideratur, in scatula lignea V. Sacramentum ad infirmos defertur et asservatur. Thurribulum cupreum. Ampullae duae sordidae, stanneae. Campanae in campanili duae. Missale laceratum. Agenda antiqua cuiusdam ecclesiae. Graduale, Antiphonarium, Psalterium, attrita et vilia ²⁾.

Victrici. Victricus tantum unus. Scrinium aera-rii asservandi non habet. Pecuniam collectam plebanus percipit et expendit solus. Rationem nulli unquam reddidit. Vinum, thus, ceram, et reliqua ipse procurat plebanus, at quale vinum? acidum, ut plurimum. Haec commendanda essent potius victricis vel ob solam vestimentorum sacrorum reparationem et munitiem, quam ille negligit. Dnus Joannes Grabski succamerarius, ut hoc amoto, alium praesentet parochum ecclesiae utiliorem, persuadere sibi nullo modo patitur. Sic perire libitum est ³⁾.

Zakrzewo, villa Nobilium.

In hac villa fuit quondam ecclesia parochialis, lignea, ante aliquot annos translata ad Osiecinę. Philippus Zakrzewski haereticus sanctuario abutitur. Decimae pessumdatae. Parochiani alias ecclesias adeunt.

Philippus Zakrzewski, anabaptista antesignanus, huius villae haeres. Ecclesiam Corporis Christi parochialem, cum hic carnifex devastandam, vel in caulas, ac stabula convertendam proponeret, tandem eandem ad Osieczęzynę, donavit eoque transferendam permisit.

¹⁾ Pellae 33 i dwie rąbkowe. kapy 2, czerwona adamaszkowa i druga szatczana; alb 7, humerałów 3.

²⁾ Flaszka zginęła do wina.

³⁾ Percussio chłopca. Niezgoda o wino, wosk i kadzidło. Ołtarz nowy grzechy: Plebanus Joannes Cedrowski.

Locum deinde ecclesiae ita demolitus est, ut ne locus quidem eius appareat, praeter ossa arida, quae interdum e tumulis ebulliunt.

Ornamenta et apparatus omnem ecclesiasticum pessumdedit. Relatum est, adeo hunc Philppum, dum haec audacius dilapidaret, furore haeretico ebrium insanivisse, ut domi suae, tempore laeti convivii, foeminas impuras haereticas, ornatas et indutas planetis sacris seu cassulis, ad sonitum organi saltare et choreas ducere, iucundum spectaculum habuerit. Et quam aliqua saltatrix, eius propinqua, fuerat tunc induta, eam vicissim a Philippo cachinando et subsannando ritus catholicos, facile impetravit. O Deus, ubi tunc eras!

Haec ecclesia habuit fundum proprium pro dote, praedium certum, certis limitibus circumscriptum, quod et possedit. Decimae huius ecclesiae fuerunt haec: ex Wola Bachorza manipularis. Ex praedio Wolska, ex villa Krajewice, ex villa Gęszyno, ex Tarnowo, ex praedio Zboże, ex quodam alio, uti antiquae revisiones habent.

Villae parochiales: Krajewice, Gęszyno, et Wola Bachorna, et Zakrzewo. Villa Bachorna Wola habet haereticum Dnum Skarbek capitaneum.

Branno, villa nobilium.

De Branno idem iudicium, siquidam D. Brański haeres, haereticus, suo pro arbitrio ibidem ius omne sibi vendicavit nefarie. Omnem praeterea a templo suppellectilem abstulit, et in proprios usus ac privatos convertit. Ministrum etiam interdum haereticum fovet.

Villa nobilis Mathiae Brański haeretici, calviniani, proicientis ampullas et sesquipedalia verba.

Ecclesia ibidem lignea prope curiam, parochialis, tituli S. Petri Apostoli.

Eam hic bonus vir profanavit turpiter, et pro iure sacrilego omnibus clenodiis et apparatus de nudavit, spoliavit, sibi impie vendicavit.

Pseudoministrum, saepisse autem apostatam aliquem, foedifragum, ad hanc ecclesiam alit, interdum ipsemet postillas haereticas familiae suae, tum et subditis, praelegit.

Praedium *dotis* suae haec ecclesia habuit spaciosum, et fertilissimae glebae, quo quidem praedium suum, alioqui multo tenuius et angustius, auxit egregie D. Branski.

Decimae huc pertinebant: ex villis Branno, Markowo, Lipie, Kijewo, Gezowo.

Villae parochiales: Murzynko, Lipie, Perkowo, Markowo, Kijewo, Gezowo. Hae omnes ad praesens desertae, ecclesias viciniores visitant, Murzyno et Grabie, ibidemque sacris procurantur catholico more et ritu.

Finit Decanatus Nieszoviensis.

Math. XIX. Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te: quid ergo erit nobis?

Decite. Quod debuimus fecimus: servi inutiles sumus, inquit Christus Dominus, cui, uti Patri et Domino coelesti, sit laus et honor in saecula saeculorum, amen.

Visitatio reddita Illmo ac Rmo in Christo Patri et Dno Dno clementissime die 20 mensis Februarii anno Dni 1599, Raciazii. Mathias Dąbrowski Archid. Crusvic.

Visitatio Ecclesiarum harum quatuor,

(quae sequuntur)

secundum interrogatoria ab Illmo ac Rmo Domino,

data Anno Dni 1599 mense Martio.

Chetmica,

Villa nobilium, Dni Joannis Czerski.

Parochus. Plebanus V. Albertus Czieślinski actu presbyter, residens ad ecclesiam ab annis 5. Investituram habens et formatas omnes. Exemplaris, nec impiger pater familias; sobrius idem ac modestus. Hic aedificia plebaniae omnia, quin et scholam, construxit, sepimentis cinxit. Tonsuram gerit, decorem clericalem servat. Confitetur vel in Bobrowniki, vel Zадusniki, vel monacho cuiquam: asserit vero se id saepius facere. Absolutionis formam non bene novit: edoctus a Visitatore. Metriculae baptisatorum et contrahentium non scribuntur. Chrisma quotannis renovatur, Wladislavia petitur. De casibus episcopalibus nihil novit, ac eos ne intelligit quidem. Deberent hi casus in Congregationibus ruralibus explicari. Tabulae talium casuum, festorum celebrium ac ieiuniorum non habentur in ecclesia, sed nec certe usquam locorum reperiuntur. Opereprecium foret, hanc tabulam talem confici et exemplar eius ad decanos rurales transmitti, qui vicissim eam plebanis commendent et tradant. Horas canonicas recitat, Breviarium Romanum habet. Canone integro, cum luminibus Missam celebrat. Lustralis aqua prae foribus ecclesiae. Ex-

tremae unctionis aliquis usus in parochia. Rectorem scholae et cantorem habet cum scholaribus. Congregationi rurali vice praeterita proxime non adfuit. Indulgentia Gregoriana non publicatur. Processus non transcribuntur.

Ecclesia. Ecclesia parochialis tituli S. Jacobi Apostoli, lignea, tecto ¹⁾ non omni ex parte sarto. Chorus minor ad ruinam declinatur. Coemiterium ex parte tantum septum. Baptisterium noviter factum, nondum clausum ²⁾. Templum et sacarium solis seris pensilibus clauduntur. Chorus minor latere stratus ³⁾. Altaria tria lignea, quorum maius portatile habet integrum, reliqua duo absque portatili. In ciborio portatile parvum. Altaria duo imagines habent renovatas picturis; tertium prorsus neglectum, in loco obscuro situm: tolli illud praestaret ⁴⁾. Ornata illa duo, cum candelabris politis. Ciborium non immunde curatur. Indulgentias nullas habet usuales.

Juspatronatus penes Dnum Czerski, in Chelmica haeredem. Hic juvenis admodum, in pietatis studio non eruditus, parcho interdum parum aequus, quem ad prandium nunquam vocat; si tamen se sponte offert, ad mensam admittitur.

Cultus divinus. Parochus saepius celebrans. Matutinae tantum in solennioribus. Vesperae diebus dominicis et festis per annum; tempore quadragesimae quotidie. Catechismus non recitatur. Bogarodzica in die Natalis tantum. Lumen infra divina ardet.

Proventus. Erectio non invenitur. Agri mansi tres, in omnibus tribus campis; sed qui vix qualitate unum mansum aequipollent emetonalem, quippe in ex-

¹⁾ Laccro.

²⁾ Baptisterium non clausum, immundum, vix haeret in terra. Sine lumine et cantu deferebat SS. Sacramentum; wodę od korporałow w piec.

³⁾ Cum fossa sepulchri.

⁴⁾ Portatile unum integrum, alterum in extremitate fractum. Metriculae nullae scribuntur, neque baptisatorum neque contrahentium.

tremitatibus camporum sunt situati, quocirca et depascuntur. Excolitur hic ager per plebanum ¹⁾). Prata his agris contigua aliquot in locis. Decimae Mansionarios Wladislaviensis ecclesiae concernunt ex villis Wichowo, Lochoczino et Chelmica maiori, pecuniariae nempe, quibus coloni villarum praedictarum tenentur quotannis ex singulis mansis solvere per gr. $7\frac{1}{2}$, quam decimam regestris antiquis comprobant, quae et solvitur.

Domus plebanalis noviter cum adiacentibus exstructa, caulis et holodio. Schola item per parochum, uti et multa intra ecclesiam, quippe haec ecclesia sub Dno Czerski praemortuo diu desolata stetit.

Villae Parochiales: Chelmica maior, Lochoczino, Wichowo et Zbytkow.

Ornamenta Ecclesiae. Calix unus argenteus ex toto, cum patena. Alius orichalceus. Monstrantia cuprea bene limata. Arca Ven. Sacramenti non est; in scatula parva orbiculari asservatur, sacculis tamen mundis involutum. Chrismale stanneum. Crux parva argentea, et pacificale orichalceum per modum crucis, utrumque absque Reliquiis. Cassulae 5 numero. Cassulam auro textam cum cruce alba teleli lata, quin et antependium eiusdem materiae albi cum flavo coloris, Dnus Czerski hoc anno ecclesiae huic donavit, quae nondum consecrata. Cassula alba serici simplicis cum trina aurea. Cassula de hatlasso rubeo cum cruce per figuras, auro texta. Cassula rubei coloris, cum toto apparatu. Cassula nigra ex czambeloto veteri. Albae tamen harum cassularum tres; reliquae laceratae et immundae. Pluviale rubeum ex muchaiero. Antependium unum, novum, auro textum, solenne; aliud album, tertium rubeum ex muchaiero; reliqua duo. Altaria minora, carent antependiis. Pellae 7. Mantilia 9. Superpellicia 2, et 2 minora pro pueris. Candelabra 4, stannea 2 et duo lignea. Corporalia duo, non satis munda. Palla una. Velum unum pro

¹⁾ 20 cassul plus minus rodzi się.

calice, ex tapheta flava. Tobaleae altaris duo, filo rubeo sericeo, et tria alia filo lineo sericeo depicta.

Libri. Gradualis vix reliquiae, sordidi et lacerati. Antiphonarium et Psalterium similia Graduali. Agenda vetus parva, latino polonica, et altera quaedam lacerata. Missale Cracoviense et Wladislaviense vetera in parvo volumine.

Inventarius ecclesiae habetur, penes rectorem scholae depositus. Vinum, thus, cera, per victricos providentur. Munditiam vestimentorum curat ipse parochus. Victrici tres, scilicet quilibet ex singulis villis parochiae. Rationes nunquam reddunt parochi, quippe etiam collecta parva nimis. In debitis nihil habent. Tabula eis in usu. Hospitale nullum. Nulla Fratrnitas.

Populus. Parochia haec habet anabaptistam Jarzcziszewski, residentem in Wichowo. Usurarius idem, uti mos est anabaptistarum omnium. Parochiani confessi pro paschate. Dnus tamen Czernski alicubi confessus, forte in Skape, alioqui catholicus; paucissimi restant confirmandi vel nulli.

Gravamina Parochi. Interturbant Monachi plerumque parochos istos, maxime ex Skape et Dobrzyń, quippe per domos privatas (qualis est Dobrogostus quidam monachus Dobrinensis), vel in scholis excipiunt confessiones, facultatem sibi ab episcopis Rsmis datam praetexentes. Unde et Dnus Czernski, leves captans occasiones, parochi saepius repulsam minatur et se monachos accituros pollicetur.

Rectores scholae circa istas ecclesias absque salariis, sola petita contenti, uti et hic. Scholares ferme 8. Populus impius fere ubique horum locorum; elemosinas paucas vel nullas praestant Ecclesiarum ministris. Miseria facta est omnibus socia. Huic ecclesiae nobilis Stanislaus Lochocki 100 flor. testamento legavit, hos penes se detinet frater ipsius germanus nobilis Sebastianus Lochocki; nec censum ecclesiae solvit ¹⁾).

¹⁾ Campanae et imagines non benedictae. Campanae maiores: una, minores 5.

Ostrowite *).

Villa nobilium, Dna Ostrowicka vidua relicta et pia possidet eam. Commendarius ecclesiae, quidam Martinus a Kaski dioecesis Posnaniensis, actu presbyter. Scandalosus hic nimium sacerdos et concubiniarius notorius. Ut alia multa huius taceantur vitia, scortum alit multis ab annis et secum per ecclesias deducit. Tres iam ex eo peperit pueros, quin et unum hoc anno praesenti, adhuc in cunis vagientem. Per osus eo nomine parochianis omnibus bonis. Admonitus ab eisdem, impudenter respondere solet: Quoad vixero sociam meam non dimittam. Quin vero puniatur pro merito, Dna Ostrowicka non contradicet, quippe ut ad meliorem mentem redeat, quoquo modo, optat. Agrestis hic sacerdos et indoctus, litigiosus ut plurimum. Ubi et cui confiteatur dubium. Absolutionis formam ignorat. Metriculas non conscribit. Quid legat, non intelligit miser. Rectorem scholae habet absque cantore et scholaribus, quippe nec schola est ulla. Porro in ecclesia negligens ¹⁾).

Ecclesia. Ecclesia tituli S. Matthaei Apostoli, parochialis, lignea, tecto latericio munita, at sarcienda restat. Operam pollicita Dna Ostrowicka. Stillat sacrarium et templum. Templum hoc, uti et sacrarium tantum seris pensilibus clauduntur. Chorus minor latere stratus, maior arenosus et sordidus, in quo et retia desuper appensa asservantur. Altare unum tantum cum imaginibus deformatis, ornatum tantum mappis, antependio, candelabris. Habet suum portatile integrum, nudum. Sacellum est ad latus Chori maioris vacuum, altare habens. Coemiterium Dna Ostrowicka saepivit. Campanile recens, impensis non mediocribus extruxit, sed nondum contectum. Ciborium simplex la-

*) Parochus Simon a Wysocin.

¹⁾ Noszono sakrament po kościele; patrzeć kielicha w Chełmicy.

bile et vix trunco secure inhaeret ¹⁾. Hoc indignissime curatur. Saepius in eo commorantur mures. Stercora murium plurima reperta et factor aperto Ciborio plurimus. Mundavit praecipua Visitor. Baptistarium non clauditur. Indulgentias ecclesia non habet ullas peculiare. Iuspatronatus penes Dnam Ostrowicka advitalitalem possessorem, et D. Martinum Ostrowicki, per alternatam. Supplicat Dna Ostrowicka Rmo Dno Episcopo, uti huic ecclesiae sacerdotem idoneum provideat. Ei praesentationem se daturam pollicetur, nec agros eidem denegaturam, quin omnibus libere usufruatur.

Cultus divinus. Rarius hic sacerdos celebrat et cum tantum magistrum solum habeat, cultum divinum necessario attenuat. Lumen utique infra divina adhibetur ²⁾.

Proventus. Dotem habet haec ecclesia, videlicet quatuor mansos agrum, in omnibus tribus campis, quamquam Dna Ostrowicka tres tantum mansos agnoscit, cum pratis adiacentibus. Decimae huc spectant pecuniariae, ex villis Ostrovite ³⁾, Gnojno, Szczepanki, quae non solvuntur. Sunt floreni ducenti pro altari in eadem ecclesia, ab olim R. D. Ostrowicki canonico Cracoviensi et Pultoviensi, plebano hic in Ostrowite dati, iuxta privilegium in actis Consistorii Wladislaviensis contentum. Ex quibus centum florenos Dnus Joannes Ostrowicki, alios centum flor. D. Joannes Ostrowicki, fratres patruales, penes se retinent, prout et ipsi fassi sunt in praesentia Visitoris an. D. 1582. Domus plebanalis ex opposito templi, sola nuda, atrio ruinoso, hypocausto integro cum horto adiacenti.

¹⁾ Olea beli in ciborio, Sacramentum też in ciborio nie zostawiał, sine lumine chodziel cum sacramento; w piec wodę wylewa.

²⁾ *Nota.* 200 flor. na jeziorze Zaduskim y na dobrach Chodoroskiego fundowane in vim reemptionis od X. Ostrowickiego na kaplicę, prout in privilegio, dopiero rok jako znalezioneo to prawo.

³⁾ Dziesięciny z Ostrowitego i z Witkowa należą do Bobrowniki.

Provisio interim sacerdotis huius 15 flor., quos Dna Ostrowicka ipsi pendit annuatim. Prandio eundem excipit suo. Verum conspectum eius devitat hic sacerdos ¹⁾. Optat Dna Ostrowicka dotem ecclesiae quam possidet se superstite parochi restitui, alioqui ea defuncta, a Dno Martino Ostrowicki occupabitur et nunquam postea recuperabitur. Magister scholae pensionem nullam habet, in diversorio cohabitatur, petita sola contentus ²⁾.

Villae parochiales. Ostrowite maior et minor et Szczepanki.

Ornamenta Ecclesiae. Calices 2 argentei cum patenis. Monstrancia cuprea, crux argentea. Arca V. Sacramenti stannea. Pacificale parvum. Chrysmale stanneum. Mappae, albae, corporalia, omnia imunda, imo foetida. Pluvialia tria, cassulae 7. Inventarius ecclesiae non habetur. Suppellex potior omnis in curia Dnae Ostrowicka, uti loco tutiore aservatur.

Libri. Missale Romanum in folio. Agenda provincialis reformata. Utrumque Dna Ostrowicka comparavit pro usu ecclesiae. At hi libri duo per sacerdotem hunc valde cum sua tectura atteruntur, per scamna domi suae volutantur. Est Missale Cracoviense, sed canone lacerato. Psalterium impressum integrum. Graduale laceratum. Antiphonarii reliquiae sordidae. Sermones S. Bonaventurae de Tempore. Confessionale Dni Antonini Archiepiscopi Florentini. Rationale Divinorum. Sermones Discipuli de Tempore et de Sanctis. Sermones Martini Ordinis Praedicatorum de Tempore et de Sanctis, super Evangelia et Epistolas. Et quidam alii manuscripti. Vinum, thus, cera, per victrios providentur, qui duo sunt. In paratis pauca, in debitis nihil habent. Fraternitas nulla est. Parochia nullum habet haereticum. Fornicatore

¹⁾ Patrzcé privilegium in actis Consistorii.

²⁾ Z połowicy Kłokocka dają decimam pecuniarum valoris unius floreni.

Signatura

torium habet Dnum Ostrowicki, quippe cum laena cohabitatur, hic idem ad rem nimis attentus et avidus, Dnae Ostrowicka in bonis haereditariis aliquando successurus. In campanili campana una, altera fracta. Signans campana in aedito templi. Imago Crucifixi et resurrectionis, pro hebdomada maiore necessaria, non habetur. Parocho revera haec ecclesia opus habet. Scrinium unum in sacrario, in cuius fundo plurimae sordes repertae.

Zadusniki.

Villa aliquot nobilium. Plebanus V. Michaël Karnkowski, legitime institutus ab anno uno, residens, investituram habens.

Huic plebano male convenit cum Dno Orłowski notario et omnibus parochianis. Eius negligentia supina, quam in ecclesia et re familiari curanda committit, ipsum eis exosum reddit. Praesentatum a se dolent: sed et ipsemet plebanus se investitum collaerimatur. Unde curam omnem tam rei familiaris, quam ecclesiae postponit. Omnia pessumdat. Saepes, caulas, depopulat; domum plebanalem non sarcit, nec scholam, vix paulo post habitabiles futurum utrumque. In singulos menses alias atque alias coctrices, interdum binas simul, fovet, easque suspectas, quae ipsum depredantur et fugiunt. Domum vacuum habet. Parochiani fugam eum meditari augurantur, quod et exoptant. Ipse se dimitti efflagitat. Abfuit mense hoc superiore ab ecclesia 10 et ultra diebus, nec feriae 4 Cinerum adfuit, nulli ecclesia commissa.

Victrici non concedunt quicquam parocho, perinde depositum omne ecclesiasticum asservant et cereos ex candelabris altarium, qui saepe depereunt, adeo confidentiam non habet. D. Orłowski proinde rarius ecclesiam visitat hanc suam, nisi forte accito monacho ex Dobrzyń. Homo versatilis ingenii. Rarius hic celebrat plebanus, die dominico et feria 6 tantum.

Magister scholae cum cantore Vesperas decantant quotidie, etiam absente parochi. Metriculae conscribuntur. Liquores sacri ex Wladislavia. Extrema unctio obsolevit.

Magister scholae et cantor sola petita contenti. Processus non transcribuntur.

Ecclesia. Ecclesia tituli Nativitatis B. M. V. parochialis. Cuius anniversarius Dedicationis dominica post festum S. Francisci proxima. Tectum plurimis locis lacerum et perfluum. Firmior templi clausura. Altaria tria; ornata duo cum portatilibus, tertium vacuum, inornatum et absque imaginibus. Curatio non indiligens Ciborii et baptisterii cum clausura. Hostiae tamen ex agresti farina et minuscula forma. Cantor asseruit, eum hostias sacras non renovasse post diem Natalis Dni. Indulgentias habet peculiare pro festo Nativitatis B. Mariae Virginis, quo et tempore maximus fit hominum concursus, ita ut altera concio in coemiterio habeatur. Processiones tunc cum V. Sacramento vicini parochi eum celebrare solere asseruerunt. Juspatronatus penes Dnum Orłowski haeredem et penes alios haeredes villae Zadusniki.

Cultus divinus. Processiones quadragesimales tantum feria 4 et 6, non autem etiam feria 2 expediuntur. Sed revera istae processiones ruri in ecclesiis non fiunt, nisi forte celebret tunc sacerdos, rarius autem celebratur. Matutinae tantum diebus solennioribus et B. Virginis et Apostolorum. Vesperae quotidie cum suffragiis.

Catechismus non recitatur. Iniunctum ludirectori hoc munus, quod et exsequi est pollicitus. Bogardzica tantum die Natalis Dni decantatur. Cereus ardet infra divina ante ciborium ¹⁾.

Proventus. Erectionis litterae ubinam sint, nemo novit. Pro dote haec ecclesia habet agri mansos duos, quos ex tertio manipulo arendat colono villae parochialis, cassulas inde octo tantum colligens ²⁾.

¹⁾ Parochus Martinus Sukalski a Dobrzyń.

²⁾ Teraz sam orze, plus minus 20 casulas ma.

*Massa officinae
na iniectionem pnie
Koziolem*

26

Prata hi mansi habent connexa. Holodium adhuc integrum at incircumseptum, reliqua ruunt. Domum in fundo ecclesiae sitam, quam olim inhabitabat Vicarius, D. Nicolaus Orłowski occupavit, in qua et hortulanum locavit suum, quam alioqui domunculam plebanus loci exaedificaverat ¹⁾. Aliam domum cum horto plebanalem Dni Chodowscy Motykowie sibi vendicaverunt, et eam Dno Stanisłao Smarzewski vendiderunt, quam piscator eiusdem Dni Smarzewski inhabitat, hortoque usufruitur ²⁾. Item ante annos 4 defunctus circa hanc ecclesiam plebanus, ut aiunt, perdives, reliquit multam pecuniam et omnis generis pecora et pecudes; pecuniam rustici distraxerunt et alia minutiora, equos autem et boves quatuor aratro aptos et vaccas quinque ad se et curiam suam D. Nicolaus Orłowski transtulit; ad restitutionem tenetur, at nemo urget.

Legata. Honorabilis Abraham Welczewski, olim plebanus in Zadusniki, mortuus est anno Dni 1560. Hic legavit pro eadem ecclesia flor. 100 in moneta, quos habuit fortasse mutuatos penes D. Nicolaum Orłowski ³⁾. Item nobilis Dorothea Laskarzowna Lubraska, uxor Jaszinski, legavit flor. 100 pro eadem ecclesia, quos habuit penes nobilem Bartholomaeum Jaszinski Vicecapitaneum Bobrovnicensensem, qui iam mortuus est: reliquit uxorem et liberos, at illegitimos, ut fama fertur ⁴⁾.

Villae parochiales. Zadusniki, Witkowo, Kurowo, Złewody, Oleszno, Spiegowo, Krowiczinko maior et minor, Nasięgniewo, Uniechowo. Sed Spytall sibi hanc postremam vendicat. Decima Złewody manipularis debetur, at non solvitur ⁵⁾.

¹⁾ Teraz ten domek spustoszał, jest taki lichy.

²⁾ Trzeba czynić proces.

³⁾ Wróci się tho od Exekutora Jego Mei pana Sędzięgo. Pytać się u Jego Mei pana Sędzięgo Dobrzyńskiego: zna się do nich.

⁴⁾ Czyni się to prawo za staraniem Jego Mei pana Stanisława Rytwińskiego.

⁵⁾ U Króla z Krowiczyna flor. 12 legowane od kilku osób, które gotowe dać.

Ornamenta ecclesiae. Inventarius non est in ecclesia. Calices 3 argentei cum patenis, quartus ory-chalceus. Horum purificatoria immunda. Cassulae quibus utitur ecclesia sunt 9, et tres vetustae. Albae 8, rarius lavantur. Antependia 5. Pluvialia 2, et pro pueris 4¹⁾. Superpelliceum 1, minora 2 pro ministrantibus. Vela calicum duo sericea. Corporalia tria inepte composita, et minus munda. Mappae 9. Lin-teamina 3. Mantilia 10. Szerzynki 6, aureo serico et lineo filo acu pictae.

Graduale pargamineum integrum. Antiphonarii reliquiae tantum. Psalterium manuscriptum laceratum. Missale Romanum et Plocense, Canone integro. Agenda nova Romana, et alia Wladislaviensis Sacramentis, lacerata. *alis*

Vinum, thus, cera, fabrica et lotio vestium a victricis suppeditantur. Victrici duo: quorum inspector D. notarius terrestris Orłowski, eidem et rationes reddunt. Unde penes D. Orłowski notarium fl. 11, et penes D. Złowoczki parochianum fl. 3 g. 10.

Hospitale non est.

Fraternitates plures villae parochiales suas retinent: sed iam obsolescunt, sola villa Witkowo curat fieri vigiliis, et Missam pro defunctis in angariis; et singulis quadrantibus anni solvit parocho gr. 5. Parochus autem inde partem tertiam ludirectori, cui et tertia pars accidentium omnium de more cedit. *inchoavit in villa*

Quod ad sustentationem ministrorum ecclesiae attinet, ea misera est prorsus et valde tenuis. Stipe emendicata, tam parochus, quam scholares vivunt ut plurimum.

Populus: haereticus Barkliński trideita, residens in Nasziegniewo villa parochiali.

Confitentur parochiani pro festo paschae. Nobiles alio se conferunt.

¹⁾ *Memoria librorum.* Xięgi które miał pan Habram Kornsarki y insze wszystkie rze zy, których ma przy sobie regestr spisany, y oddał tho panu Kotwinskiemu, który mieszka we Zliwodach, które xięgi zostały po xiędzu Walentym z Nieszewy.

Spytall.

Villa nobilium et Dnorum Viccariorum ecclesiae Cathedralis Wladislaviensis. Commendarius ecclesiae V. Venceslaus Drewno dictus, ab annis duobus, residens, absque commenda. Eius mores, qui sunt, novit Wladislavia. Intra visitandum domi suae in Spytall reperit Visitator lectos duos in hypocausto, bene stratos, iuxta se contigue positos, alterum Commendarii, alterum coctricis, mulieris nondum maturae. Duos haec pueros habet tenellos ibidem, propinquam suam vocat Commendarius, alii hoc negant. Dni Vicarii Wladislavienses, potissime vero V. Pater Vicecustos, testimonium evidentius perhibere poterit. Tonsuram non gerit. Formam absolutionis examinatus ignoravit. Metriculae baptisatorum et contrahentium non notat. Non solventes decimam et raptos fundi ecclesiastici in cathedrali confitentur, quorum vero absolutionis sint participes, nescitur. Remittit Wladislaviam cum casibus. Breviarium Romanum habet et Horas recitat. Extrema unctio non est in usu. Rectorem scholae habet, sed surdum et absque cantore et scholaribus, quippe non habet ubi habitet magister. Congregationibus ruralibus non solet interesse. Gregorianam indulgentiam non publicat. Processuum transsumpta non habet.

Ecclesia. Ecclesia parochialis lignea, tituli S. Gothardi, consecrata. Dies dedicationis prima dominica post Michaëlis. Tectum male munitum ac fere ubique perfluit, parietes etiam rimis pleni. Maxime vero campanile lacerum, similiter et vestibulum templi. Pavimentum nudum. Sacrarium informe et incongruum. sed nec clauditur. Templum vero clauditur sola sera pensili. Altaria duo, maius muratum et forte consecratum, habens portatile supermuratum, cum imaginibus recentibus picturis exornatis, impensis molitoris de Zarzczewo. Idem et ceroferaria comparavit valoris flor, 30 utrumque. Minus etiam altare ligneum, portatile habens inviolatum. Candelabra altaris utrius-

que stannea. Gradus altarium nudi et incongrui, quin et ceroferaria et vexilla et stalla inepte disposita, corrupta etiam magna ex parte. Ciborium mundum sub clausura. Involvitur sacco mundo V. Sacramentum, sed lacerato. Pixides V. Sacramenti lignee duae, non coloratae, velantur tamem operculo sericeo. Baptisterium non clauditur. Coemiterium non omni ex parte septum, nec clausum. Indulgentias habet in pergamento descriptas, a Rmis Episcopis olim dierum 40 pro certis festis donatas, quae obsoleverunt. Juspatronatus sibi vendicant Dni Chodowscii, in villa Spitali haeredes, Wenceslaus, Joannes et Nicolaus, olim etiam vicarii ecclesiae cathedralis Wladislaviensis, qui partem eiusdem villae possident, ius praesentandi parochum habuerunt, ut ex actis Consistorii Wladislaviensis liquet. Dni Chodowscii hoc praepediunt, plebanum non praesentant, dote ad se ecclesiastica translata, et inter se per sacrilegium distracta.

Cultus divinus. Plane negligitur. Missa tantum die dominico, et quia non est qui canat, legitur interdum. Diebus festis itidem tantum lecta, concio rarius, eo quod non conveniat populus. Processiones nunquam, etiam in quadragesima, fiunt. Ministrorum defectum arguit Commendarius. Matutinae nunquam peraguntur, nunquam Vesperae, ac ne in die dominico quidem, nec signum campanae datur. In summa, omnia praeter debitum ordinem et modum.

Proventus. Erectio ecclesiae forte apud Dominos haeredes quaerenda. Ecclesia dotis habet duos agri mansos in villa Spitali Górny, in usu quarum fuerunt olim parochi praedictae ecclesiae. Ultimus et immediatus possessor parochus, nomine Ignatius, Silesius, fuit horum agrorum possessor.

Notandum. Nobilis Martinus de Spitali pincerna Braestensis, hanc dotem olim donaverat ecclesiae huic cum facultate incidendorum arborum pro aedificio ac foco plebani, uti ex actis Consistorii Wladislaviensis constat anno D. 1498. Nunc vero post obitum praedicti Ignatii, per Dnos Chodowskie hi agri sunt occupati, ab annis ferme 40. Commendario moderno

de parochia hujus loco
verecne

pensionem annuam decem florenorum polliciti, cum consipatione quadam frumenti, sed frustra, non stant promissis. Unde tam Commendarius quam magister, nullam provisionem habentes, panem emendicant a parochianis. Schola nulla est. Est tamen area pro schola cum hortulo e regione ecclesiae, deserta. Item altera area mere plebanalis retro templum, itidem desertata. Dnus olim Chodowski, haereticus, pater horum modernorum, curiam hanc plebanalem cum omnibus aedificiis adiacentibus, demolitus est. Fuerunt tres horti circa ecclesiam plebanales, sed modo iacent inculi et incircumsepti. In uno horto ultra ecclesiam exaedificaverunt domum pro Commendario Dni Chodowsey, quam nondum consumaverunt. Stat sola nuda absque saepimentis, quam et incolit Commendarius modernus.

Villae parochiales. Spitalł Nadolny, Spitalł Górny, Boguczyno, Pabiauki, Łuszkowo, Chelmica minor, Skorzyno, Uniechowo (de quo tamen cum Zadzusniki controversia est), Zarzeczewo, Kulino, Suszyca, Witoszyno, Racheino.

Ornamenta Ecclesiae. Inventarius intra ecclesiam non habetur. Calix unus argenteus cum patena, qui in domo victricis asservatur. Monstrancia cuprea, cum Melchisedech simili. Crux nulla est. Pacificale orbiculare argenteum. Pixis Sacramenti Eucharistiae lignea, velata tamen. Chrismale stanneum. Thurribulum cupreum. Cassulae numero 7, quarum duae potiores, nuper comparatae. Pluvialia duo punicei et rubei coloris. Cassulae tantum 3 cum pertinentiis. Antependia 4. Superpellicia 2, eaque sordida. Corporale 1 et palla 1, inepte compositum et immundum. Mappae fere 10; mantilia 8. Omnia haec tantum semel in anno lavantur. Szerzynki 4, vela pro calice 4, elegantia. Missale Cracoviense 1. Agenda Wladislawiensis, pars Sacramentalis. Graduale laceratum, acisum. Antiphonarium et Psalterium non est. Vinum, thus, ceram et reliqua, victricis procurant. Victricis duo, rationem reddunt Dominis parochianis. In paratis ferme flor. 5 habent, nihil in debitis. Raro obambu-

lant cum tabula. Hospitale nullum. Pauperes comorantur mendicantes 5. Fraternitas nulla. Vigiliae et Missae pro defunctis nunquam celebrantur.

Populus. Unus haereticus in parochia, notorius anabaptista, gener Philippi, in Racheino residens, Paulus Jarczyszewski. Hic antesignanus multos propinquos dementavit in districtu Dobrzinensi, quippe eo auctore blasphemant Dnum Jesum Redemptorem nostrum, videlicet frater eius Jarczyszewski in Wichowo, Georgius Chelmiccki in Chelmica minor, Wilkowski ibidem, gener horum, Barklinski in Nasiegniewo. Ut vero radices suas late propagent omni ope hi nequam adnituntur. Decimae ex omnibus mansis omnium villarum deberent parochi in Spital persolvi per gr. 6. Cuius decimae pars Mansionariis, pars Vicariis ecclesiae cathedralis Wladislaviensis cedere deberet, sed nihil datur. Confitetur populus circa pascha, sed non omnis proprio parochi, quippe conferunt se ad Chelmica maior, scilicet ex Pabianki, et Luskowo, et Chelmica minor. Nonnulli autem, praesertim nobiles, Wladislaviam petunt. Conquestus Comendarius hoc nomine de parochi Chelmicensi. Comendarius non negligit administrationem sacramentorum, tam infirmis quam parvulis, testimonio victicorum,

Laus Deo et Beatae Mariae semper Virgini et omnibus Sanctis.

Reddita Illmo ac Rsmo Domino anno 1599 mense Martio Wladislaviae, M. Dambrowski.

Decreta Reverendissimi
in Visitationem anni Domini 1598
Decanatus Radziejeviensis,
factam per V. Mathiam Dąbrowski ().*

Radziejow.

Altaria tria murata, consecrentur per D. Suffraganeum, portatilibus amotis. Ciborium exornetur intrinsecus. Consecretur sacellum muratum e regione templi versus meridiem. Iubeatur Praepositus diligenter examinare minus sacelli atque per ipsam D. Leszcenskam restaurari. Reliquum coemiterii saepiatur. Tectum templi suis stillicidiis reparetur. Ossorio de tecto provideatur. Iubeatur Praepositus dare copiam erectionis altaris Assumptionis, et describatur in librum erectionum.

Moneatur Praepositus, ut privilegium foundationis altaris sacellique, quam citissime expediatur. Inscriptio 1,000 flor. per D. Leszcenskij facta, ad D. Praepositi instantiam examinanda, an non sit usuraria. Fiat inquisitio de censu duarum marcarum in advocatia et causa investigetur, cur interire debeat, amiceque moneatur D. Stadnickij, ne retentione eiusmodi census conscientiam suam gravet et oneret. Intelligatur, an D. Praepositus solvat 2 marcas Man-

(*) Haec quae sequuntur, usque ad finem libri, admodum mendose et erronee in Volumine 68 (fol. 199—213) descripta reperiuntur a quodam scholari, linguae latine minus gnaro, fortasse ex ipso autographo Rev. Epi Rozdrażewski. *to przedt.*

sionariis, ratione depositionis curae animarum. Iubeatur Praepositus dare copiam originalium erectionum ad acta Capitulariorum privilegiorum Reverendissimi referre. Agat Praepositus iure de decima ex villa Brzescie cum Dno Popowski. Moneatur Praepositus, ut suppleat Mansionariorum numerum, qui ante annos 50 septem fuerunt, nunc vero tres tantum. *nb.* Campanatori solvatur pro decantatione „Salve“, non cantori. Jubeantur conscribi metriculae contrahentium matrimonia; item banna praemittantur non semel iuxta conscriptum Conciliorum. Contrahentes matrimonium praemittant confessionem. Bogarodzica non solum per mendicos, sed etiam per scholares cantetur. Mansionarii non sibi mutuo, sed destinato a Praeposito sacerdoti confiteantur. Ablutio non ex calice, sed *nb.* ex aliquo scypho detur. Fraternitas litteratorum resuscitanda, moneaturque Praepositus, ut nomine Reverendissimi cives moneat, ne tam piam et exemplarem consuetudinem intermittant. Matura Missa non debet lecta peragi, sed cantari. Fraternitates resuscitandae sunt, ne officia divina, iure fraternitatis pro defunctis peragi solita, negligantur. Victricis debent iuramento obstringi de fideli dispensatione eleemosynae et collectione. *opary dristynie* Jubeatur parari cappa nigra, et inversae usus, ob scandalum, intermittatur. Curet Praepositus praesentari Praepositum per magistratum ad hospitale, iuxta privilegium. Litaniae non solum per pueros scholares, sed etiam per pauperes recitari debent. *nb.* Concio debet haberi in hospitali, infirmorum causa, qui ad ecclesiam venire non possunt. Designetur visitator hospitalium, an satis fiat conditionibus Reverendissimi, visitationesque singulorum ordine describantur. Interdicat dextere Praepositus civibus, ne comitentur sepulturas haereticorum. Prohibeantur scholares, ne concionibus haereticorum funeralibus intersint.

C h e l m c z e.

Mandetur parochi chelmcensi, ut ecclesiae parietes asseribus ad avertendas iniurias pluviarum tem-

pestatumque obtegantur. Jubeatur parochus procurare portatilia pro duobus altaribus. Tabulae altarium reformentur. Cimiterum sepiatur. Campanile ruinosum restauretur. Domus plebanalis reparetur a Praeposito. Hortus plebanalis arcae inhaerens, qui cuidam coloni chelmcensi in censum locatur, ad utiliorem frugem redigatur, et maiori pretio locetur. Domunculae ludirectoris reparentur. Aerae plebanales aedificiis restaurentur agrisque ad illas pertinentes per colonos plebanales, non externos, excolantur supersedeatque plebanus ab illorum locatione, ob maiorem desertationem vitandam. Plebanus vel se corrigat, vel resignet. Examinetur parochus, utrum Capitulum Wladislaviense solvat decimas ex Kobelnica. Reprehendatur parochus, quod litteras commendae non habeat. Moneatur ludirector, ut scholares habeat. Moneatur parochus, ut catechismus recitetur, Bogarodzica canatur, Metriculae contrahentium conscribantur. Moneatur idem de confessione peragenda suo decano rurali. Victrici iubeantur collectas facere singulis diebus dominicis et festis, ut ex elemosynis restaurentur res ecclesiae. Emoveantur debita a colono Mazgaj. Fraternitas restituatur.

*opisy, str. 101
r. 101*

K a c z e w o.

Claudatur baptisterium. Cogantur coloni relinquere liberam dispensationem agrorum et pratorum praedialium. Administretur iustitia de violenta occupatione 100 sulcorum agri per vitricos, ad censumque ab illis capiendum parochum non cogant. Castigentur rustici per capitaneum ad solutionem decimae plebano. Repetat iure decimas ex pagis nobilium parochus. Jubeatur parochus restaurare domum plebanalem ruinosam et reprehendatur, quod hortum incultum relinquat. Citetur, quod alat coctricem; Metriculas non scribat; Tonsuram non ferat. Crux pareatur qualiscunque. Pareatur Melchisedech ex cupro. Antiphonarium, Graduale, Psalterium, reparentur. Adi-

gantur victrici ad rationem plebano faciendam. Floreni 18 ex collectis convertantur in comparationem crucis. Fraternitas restauretur.

*Missali restaurat
plebano*

Piotrkowo.

Moneatur parochus Felix Lubsinski, ne praedium arendet haereticis. Moneatur Dnus Linowski, ut praesentet parochum, non patiatur ibi aream plebanalem occupari ab aliis, sed illam cum spoliis suis restituat haeredibus, si divinae irae ultionem velit effugere. Catechismus recitetur. Parochus non absolvat raptores decimarum. Victrici rationem reddant non laicis, sed plebano vel officialibus.

Lubotin.

Ecclesia lubotinensis liberalitate Reverendissimi iuветur. Tertium altare restauretur. Ciborium in loco honestiori locetur. Lustralis aqua e medio templi ad vestibulum efferatur. Consecrentur campanae, crux argentea, per Sufraganeum. Litterae foundationis describantur in librum novum erectionum, Plebanus conservetur circa ius tabernae ita tamen, ne pro subditis Reverendissimi cerevisiam braxet. Jubeantur solvi missalia ex mansis emetonalibus, occupatis sive per praedium sive per emetones. Mansus loco missalium datus restituatur praedio et missalia more antiquo solvantur. Ex mansis cultis desertis solvantur missalia plebano. Repetat iure parochus decimas ex Izbicze, Mchowo. Moneat parochianos non confessos. Parentur libri necessarii ad cantandum. Fraternitas restauretur plebanusque hoc nomine moneatur.

mesine

Brdowo.

Copiae erectionum a monachis Clari Montis erigantur. Moneantur religiosi, ut campanile et ossorium

restaurentur. Inquisitio facienda de parte cimiterii in viridarium Conventus conversa. Agant iure religiosi de decimis persolvendis ex Świętosławicze et Radoszowicze, Wieczicze et Dluska Wolia. Citetur prior conventus brdoviensis. Moneatur idem, ut Bogarodzica canatur et catechismus recitetur.

Suspectae mulieres non foveantur, nec conventum frequentent. Deputetur archidiaconus Wladislawiensi, qui honestatem et clausuram istius conventus examinet. Libri necessarii pro usu ecclesiae parentur, uti Graduale etc. Debita moveantur. Fraternitas restituatur. Iubeatur in hospitali haberi mensa communis. Cura illius hospitalis demandetur Priori conventus brdoviensis, qui curet condiciones a Reverendissimo oblatas in eo publicari et conservari.

I z b i c a.

Consultetur de reparatione tecti templi. Addantur portatilia duo. Sepiatur cimiterium. Inquisitio facienda de lapide, in quo est *impressio*, ut vulgo fertur, S. Floriani plantae. Agatur cum D. Grochowiczki, ut copiam erectionis ecclesiae izbiciensis pro actis privilegiorum processus extradere velit. Victricus urgeatur, ut reparet crucem. Moneatur Commendarius, ut proprietatem agri plebanalis non patiat transire ad victricum. Domus plebanalis restauretur. Facienda inquisitio de domuncula sita prope templum, versus septentrionem, an ad plebanum pertineat, vel ad alium externum. De duabus domibus facienda inquisitio. Agat iure de decimis parochus seu Commendarius. Ineundum consilium, quo D. Latałski inducatur ad praesentandum parochum. V. Nicolaus Migdzierowic vicarius eiusdem ecclesiae citetur, eo quod habeat familiaritatem cum quadam vidua. Regale in loco meliori collocetur.

Reprehendatur Commendarius, quod non publicet indulgentias Gregorianas. Bogarodzica in summo sacro vel maturo canatur; item post Vesperas solemniorum

festorum. Crux ex fracto calice et cruce paretur. Ampullae iubeantur mundius servari. Tollantur cystae non necessariae ex sacristia. Citetur Laurentius de Bałkowo vicarius olim in Izbica, quod libros ecclesiae izbicensis non restituerit. Repetantur libri distracti prout in Visitatione dicitur. Exigantur 18 flor. ab executoribus testamenti olim defuncti V. plebani Gumiński, plebani izbicensis. De debitis aliis fiat inquisitio diligens. Jubeantur exire ex hospitali cum cophino petitum eleemosynam, non obstante quod aliquando vacui redeant domum. Moneatur Comendarius, ut Litaniae in hospitali etiam feria 4 recitentur.

O r l e.

Restaurentur parietes templi R. Episcopi sumptibus. Jubeatur campanile asscribis muniri. Moneatur plebanus, ut usum tracturarum in lacu recuperet et capitaneum coram R. Episcopo accuset. Fiat inquisitio, cur sit tam parvus numerus colonorum in Orle cum ante plures fuerant. Castigentur rustici orlenses, quod pro arbitrio suo extradant decimam plebano, citentur ad Officialem. Interdicatur Capitaneo, ne pecuniariam, sed manipulem patiatur dare decimam; agat iure parochus de decimis in Bydź, Kamieniecz, Potulewo, Ilowo. Promoveatur ad meliorem parochiam iste parochus. Graduale, Antiphonarium, et Psalterium parentur. Restituatur fraternitas et parochiani inducantur ad eleemosynas solitas. Catechismus recitetur. Plebanus det rationem pecuniae Visitatori ex collectis.

Mąkoszino.

Desolatio istius ecclesiae iuvanda; cum parochianis ea de re agendum. Vocetur Commendarius, ut reponat causam desolatae ecclesiae. Baptisterium claudatur. Intelligatur, quinam sint viri collatores illius ecclesiae moneanturque ut praesentent parochum, alio-

quin ipse Dominus praesentabit, vel templum claude-
tur, reliquiis acceptis. Agatur ratione decimarum; vic-
tricus alter designetur, ut sint duo.

Sadlno.

Mundetur ecclesia a stercoribus columbarum.
Tabulatum reficiatur. Ciborium et baptisterium mun-
dius serventur. Cimiterium et ossorium reparentur.
Clausurae templi melius provideatur. Fiat inquisitio
per archidiaconum de foundationibus altarium area-
rumque ad illa pertinentium. Agat iure de deci-
mis ex Chlebowo et Boguszcze. Vocetur Andreas
Janowski parochus eo, quod una ecclesia relicta, ad
aliam sese contulerint absque scitu et consensu Ordi-
narii. Moneatur capitaneus, ut solvat decimas ex
Wierzbinko. Moneatur Tulibowski ut conscientiae con-
sulat in solvendis damnis. Parochus iure repetat deci-
mas ex pagis Tomislawicze, Zakrzewko, Galczicze,
Słomkowo, Ziermiczewo, Szwiniagacz. Commenda-
rius sadlnensis probus ac modestus, promoveatur ad
parochiam. Jubeatur parochus, ut rectorem scholae
habeat diligentiore. Moneatur idem, ne patiat sibi
mutari decimam manipulem pro pecuniaria et tertii
manipuli pensionem praeferat 12 marcis. Libri ne-
cessarii, Antiphonarium et Psalterium, comparentur.
Moneatur de Bogarodzica, Decalogo, de Gregorii in-
dulgentiis. De confessione facienda suo Decano, iuxta
constitutiones dioecesis. Detur illi poenitentia, quod ab-
solvat raptos decimarum. Commendario, si ut sci-
tur, probus et pius est, detur illi vestis talaris ex
sumptibus Rev. Episcopi. Jubeantur collatores praesen-
tare parochum, parochoque redditus tradere. Pecunia
93 flor. exponatur in restaurationem plebanatus. Fra-
ternitas restituatur.

Broniszewo.

Moneatur D. Sokółowski, ut paretur laquear, vel
applicentur imagines ad altare, vel altare tollatur.

Ciborium reformetur; tertiumque portatile a parochio conquiratur. Baptisterium claudatur. Serae pensiles pro clausura templi et sacristia comparentur. Moneatur D. Sokołowski, ut parochum praesentet. Citandus parochus Warzimoviensis, quod sibi usurpet proventus alterius parochiae, sine licentia Episcopi. Et restituat proventus acceptos; castigetur, quod in eadem ecclesia nec celebrari curet, nec Sacramenta administret. Citetur idem. Moneatur Commendarius de metriculis. Crux paretur ex proventibus parochiae, quos nullo iure percipit parochus. Jubeatur restituere accepta ex Warzimowo ad ecclesiam Broniszewiensem, ob idque detur illi poenitentia.

Reparetur Graduale, Psalterium, ex redditibus plebani. Victrici reddant rationes plebano vel visitatori. Vocetur decanus ruralis et detur illi poenitentia, quod pecuniam et suppellectilem demortui Commendarii per coctricem accipi permisit. Plebanus Warzimoviensis reddat accepta ex testamento demortui Commendarii.

Połajewo.

Moneatur Georgius Grabski, ut sacerdotem catholicum introducat in hanc ecclesiam iam profanatam. Idem desolationi illius ecclesiae et ruinis obviam eat, re communicata cum D. D. patronis et redditibus parochi in eam conversis. Admoneatur D. Grabski, ut redditus liberos plebano relinquat, si conscientiae suae consulere velit.

Rzeczicza.

Tectum ecclesiae reparetur, ne perfluat. Moneantur patroni, ut praesentent parochum. Ciborium servetur in maiori munditie. Cimiterii septa reparentur. Baptisterium claudatur. Ludirector moneatur, ut cantorem habeat. Haeredes istius villae, qui destruxe-

runt agrum in tertio campo ex tertio campo, moneantur ad restituendum. Moneatur Capitulum Wladislawiense, ut solvat decimas parochi pro reparatione ecclesiae. Citetur commendarius Rzecieczensis et castigetur, quod viales contulerit alienae ecclesiae parochianis, videlicet parochianis villae Ostrów. Castigentur item, quod laceraverint processum sibi ab Officio traditum. Libri ad usum necessarii, uti Graduale, Antiphonarium, Psalterium, ex pecunia retenta a Capitulo pro decima.

O s t r o w .

Pavimentum reparetur. Ciborium et baptisterium claudantur. Altaria duo labentia vel erigantur, vel prorsus deleantur. Castigetur parochus eo, quod Sacramentum Eucharistiae immunde servet. Cimiterium sepiatur. Plebanus tueatur ius sibi competens in tracturam lacuum. Domus plebanalis decens construatur. Agat iure pro decimis parochus; oculos in ecclesiam offendentia amoveat decentiusque collocet. Feriatis diebus lectas parochus faciat. Matrimonia non conferat nisi bannis ternis et confessione praevia. Doctori parochi poenitentia: quod aliquando extra ecclesiam matrimonium contulerit. Moneatur, ne exigat quidque a baptismo, nisi quod ultra datur. Inventarium ecclesiae rerum conficiat. Reliquias sacculis involutas in honestiorem capsam reponat, vel ad Cathedralam deferat. Libri comparentur necessarii, Antiphonarium et Psalterium. Victrici reddent rationem parochi. Moneatur et reprehendatur decanus ruralis, quod permiserit distrahi suppellectilem demortui Antonii, olim parochi ostroviensis.

Bronisław.

Ecclesiae tectum reparetur, quo nomine moneatur Praepositus plocensis. Cimiterium sepiatur. Monea-

tur Praepositus, ut administret iustitiam de agris plebani concessis propter cmetones; plebanus urgeat iustitiam. Idem Praepositus solvat pensionem sive taxam ex agris parochia, vel si recusaverit citetur. Citentur rustici de Soska, pago Reverendissimi, quod contra edictum Reverendissimi sepulturas habent in ecclesia profanata Broniewo. De muliere venefica in Kosczali fiat inquisitio et de illa cum Domino villae agatur. Moneatur plebanus, ut domum perficiat interdicaturque illi sub poena excommunicationis, ne illam cuique vendat. Mutet vicarium et restituat 9 florenos, acceptos a Commendario Alberto. Reliqua debita exigantur. Calix, Graduale et alii libri ex pecunia, quam debet plebanus refundere, comparentur.

Krziwosządza.

Altarium tabulae reparentur. Ciborium reformetur. Pixis pro Venerabili Sacramento paretur. Baptisterium claudatur. Sacratio melius de clausura provideatur. Tectum reficiatur. Agri plebanales vindicandi a curia. Huius parochiae necessitati cito obviam eatur, ne brevi profanetur. Repetenda iure decima. Adigantur ad rationes reddendas, victricus dictus Glowka tamquam suspectus, et debita emoveantur, ex quibus comparentur et serae pensiles. Inscriptio 200 flor. data per Lucam Zakrzewski investiganda et pro defensione ecclesiae examinanda. Moneatur parochus ut singulis diebus dominicis et festis canantur vesperae et matutinae. Catechismus recitetur. Decalogus canatur. Restituat Gaspar Chronowius ad ecclesiam Krziwosządzensensem cappam, vocetur plebanus et liberalitatem Reverendissimi afficiatur.

Broniewo.

Interdicatur subditis, ne quidquam conferant illi ecclesiae.

Bithom.

Coemiterium circumsepiatur. Vocandus commendarius Lubranensis et monendus de cemeterio, ossorio, sacristia reparanda. Campana fracta reparetur. Repetat commendarius aream plebanalem. Schola reaedificetur. Commendarius Bithoviensis tamquam homo petulans et defectuosus expellatur. Lecta Missa habeatur in ferialibus, more dioecesis habeatur. Castigetur sacerdos, quod abfuerit tempore visitationis. Velum quadragesimale, Psalterium et Agenda comparentur. Victrici reddant rationes. Fraternitas restituatur.

Withowo.

Sacellum reformetur altareque vel eiiciatur, vel reformetur. Moneatur Lubsinski, ut solvat decimas parochi. Experiatur iure parochus pro decimis omnibus, quae non solvuntur. Moneatur honestatis parochus, sub poena 100 marc. dimittat feminas suspectas. Matutinae singulis diebus dominicis et festis canantur. Castigetur parochus, quod catechismus non recitetur et quod absolvat decimarum raptores. Victrici faciant rationes coram plebano. Plebanus pro poenitentia, quod alat mulieres suspectas, hospitale extruat. Paretur crux argentea, item pixis pro Venerabili Sacramento. Pluviale alius coloris pro solemnioribus festis, imago resurrectionis, Psalterium, comparentur.

Płowcze.

Moneatur Commendarius, ut stillicidia templi reparentur. Cemiterium circumsepiatur. Campanile extruatur. Archidiaconus det informationem de oratorio, propter corpora Cruciferorum sepelienda, extracto. Moneatur palatinus Brzestensis, ne agros ecclesiae

occupet. Commendarius istius ecclesiae investiatur. Moneatur arendarius, ne hortum plebanalem occupet. Commendarius castigetur ob crassam et supinam negligentiam. Vestimenta ecclesiae mundius serventur. Obiurgetur Commendarius propter sordes sacristiae et quod non moneat parochianos ad frequentandam ecclesiam. Conscribatur inventarius suppellectilis ecclesiae. Pluviale laceratum comburatur et aliud paretur. Libros necessarios: Graduale, Antiphonarium, Psalterium, paret parochus, Imago Crucifixi et Resurrectionis comparentur. Victrici rationem reddant parochus. Missale Romanum comparetur et Ordinis Praedicatorum Missale ad monasterium Brzestense deferatur. Debita emoveantur. Legati flor. 40 pro casulis, convertantur pro libris magis necessariis.

P i a s k i.

Sacrarium melius muniatur, ex pecunia quae est penes victricos. Parochus adhortetur parochianos ex suggesto, ut curent sepiri cimiterium vel ob reverentiam corporum ibidem iacentium. Vestibula purgentur et restaurentur. Emendicentur lateres pro sternendo pavimento templi. Comparentur serae fortiores pro clausura templi et sacrarii. Repetat iure parochus avulsam certam portionem agri ab annis fere 20 per D. D. Massenskie. Atrium domus plebanalis tegatur et liberalitate Reverendissimi reparetur. Area plebanalis, in qua hortulani ab haeredibus sunt locati, iure repetatur. Citandi coloni, ut missalia integra ex singulis mansis solvant per unum coretum siliginis. Repetat iure decimas parochus a cmetonibus ex agris videlicet iis, quos ipsi haeredes, cmetonibus expulsis, occupaverunt, similiter ex villa Wroble et Bacharczie; citandi coloni villae Wola ad Officialem Wladislaviensem de vendito horto plebanali pro tribus tunnibus cerevisiae. De Bogarodzica parochus monendus. Victrici cum tabula obambulent bisque rationes parochus in anno reddant. Oblationes dierum solemniorum in

pecuniis dentur plebano. Cera pro ecclesiae usu convertatur. Exigantur debita 10 flor. et pro fabrica sepimentoque ecclesiae convertantur. Crux pro altari, vela pro calice, tectorium pro pulpito, velum quadragesimale, parentur. Agenda nova, Graduale et Antiphonarium coëmantur.

Biczina

Templum resarciatur impensis et liberalitate Reverendissimi; vocentur rustici et cum iis ineatur ratio de reparatione ecclesiae. Campanile restauretur, pro quo asseres a Reverendissimo suppeditentur. Ossorium resarciatur, subselia parentur ad flectendum. Domus plebanalis et schola reparentur. Rustici Biczinenses castigentur, quod Reverendissimi mandato non satisfaciant. Moneatur parochus ad Horas recitandas sub gravi poena. De muliere cognata suspecta fiat inquisitio. Moneatur parochus, ne lecta non solum feria 6, sed etiam in hebdomada habeatur. Metriculae conscribantur. Castigetur parochus, quod absolvat raptores decimarum. Mundities servetur in sacristia. Inventarius rerum ecclesiae conscribatur. Hospitale extruatur.

Kowalie.

Moneatur D. Archidiaconus Wlad.: tecto tegi ossorium. Agendum cum D. Capitaneo Kowaliensi ne Sanctuarium de profana iudaeorum sepultura polluat. Agat pro decimis in Obranowo, Gołoszewo, Umieślawicze, Bogusławicze, Daniewo. Inquisitio facienda de horto in antiqua civitate, ad plebanum ne vel vicarios pertineat. Copia privilegii foundationis parochiae a Magistrato exhibeatur. Catechismus non intermittatur. Intelligatur an Capitulum de 200 fl. 4 marcas solvat annui census pro capella S. Annae, et cur tam parvum. Incorporatio altaris Sanctae pro

vicariis facienda, cum praebendarius S. Spiritus satis honeste provisus sit. De summa 1000 florenorum per D. Boruczki pro fundatione Cursus consignata inquirendum, et an hic census integre persolvatur. Corripiendus D. Bledowski, quod D. Giziczki indulgerit de praecipua parte census 183 fl. gr. 10, iureque idem compellendus. Citetur Plodowski praepositus Żukowiensis ratione 90 fl. dandorum D. Ciechowski, qui propterea detinet censum neque vicariis solvere vult. Fiat inquisitio de veneficiis, quae occultae nonnullae esse dicuntur. Victrici diligentia et ratio exigatur. Fraternitates adigantur ad Missam pro defunctis, secundum morem antiquum. Per occasionem agendum cum D. Capitaneo de violata schola propter iudaeos.

Hospitale S. Spiritus.

Privilegia fundationis agrorum ex castrensibus actis et consensus Regius, per D. Archidiaconum accipiendus privilegiumque inseratur actis. Describendum privilegium donationis per Jacobum de Sienna in villa Polesicze. Legatum de villa Rachultowo a successoribus Pazdziorko extorquendum, quod super est solvendum. Iniungendum D. Archidiacono ut inquirat apud pauperes an iisdem solvuntur legumina. Leges seu ordinationes descriptae mittendae.

Capella S. Nicolai.

Dies dedicationis, quandoquidem fit eius mentio in quodam indulto, omnino restituatur. Inquisitio de numero Missarum in capella peragendarum facienda, examinandique senes oppidi. Citetur Gregorius May praebendarius capellae, quod sine investitura beneficium obtinet. Moneatur de incontinentia. Monendus idem ne ultra statum et vocationem negotiis saecularibus se implicet. Decretum Tribunalitium inter praebendarium et tenutarium villae Dobra actis inseratur.

Monendus praebendarius ut diligenter ius inceptum prosequatur de villa Czerkwice ratione decimae. Moneatur D. Capitaneus Kowaliensis ut solvat 6 fl. pro vino altaris capellae. Ingrossandi actis Capitularibus census 12 domuum S. Nicolai. Inquirendum de inscriptione legati 50 mar. pro ecclesia a Bajak cive Wladislaviensi.

Lubiń.

Moneatur Commendarius ne aliunde liquores sumat. Ruinosi templi ut vidua D. Lubienska curam suscipiat, sedulo monenda. Conquirendus parochus per D. Lubienska praesentandus. Detur Commendario commenda, quodque sine illa Sacramenta administret reprehendendus. Catechismus recitetur. Moneatur D. Lubienska ut mansum agri per quendam oppidanum Guzeba pro victu pauperum legatum, restituat. Pro hospitali 5 pauperum eleemosina assignanda.

Pierowa Wolia.

Citetur parochus ob incontinentiam et reliquos excessus, ex Visitatione.

Kłotno.

Curet gazophilacium. Obiurgetur vicarius de imunda aqua baptisterii, quod servat absque claurura. Curet parochus decimas manipulares in Świerczino, Chmielnik, Boguslawice, Świtkowice, Grodno. Citanus Commendarius secundum obiecta ex Visitatione. De metriculis conscribendis, decalogo, catechismo, Bogarodzica, monendus. Advocatus moneatur, ut victricis liberam administrandarum rerum ecclesiae potestatem relinquat, nec sibi hoc ius usurpet. Frater-

nitas restituetur. Obiurgandus advocatus propter inhumanitatem exhibitam Visitatori.

Praesentes plebani.

Eanięta, habet praesentem plebanum et vicarium. *Przedecz*, habet plebanum et vicarium. *Błędna*, plebanum solum. *Smilowice*, plebanum et vicarium. *Kłobia* maior, solum plebanum. *Swierczino*, solum plebanum. *Orle*, plebanum et sacerdotem. *Połajewo*, Stanislaus plebanus. *Szkolsko*, Valentinus Białoleski. *Koscieszki*, Gregorius, una cum sacerdote antiquo Stanislaō, viri exemplarissimi. *Stawsko*, Joannes de Grabie, solus. *Rzotquino*, Benedictus plebanus solus. *Ostrów*, circa Gębice, Jacobus de Bikoscz vir ecclesiasticus. *Stodoty*, Gregorius, sacerdos regularis monasterii Trzemesnensis, cuius est et possessio. *Piotrków*, Albertus de antiqua Rawa vicarius Wladislaviensis, habet et vicarium. *Kobielcza*, Stanislaus Koleczyński solus residet. *Piaski*, Mathias Dziewczopolski absque sacerdote residet. *Byczina*, incorporata collegio Psalteristarum Wladislaviensium, habet unum tantum sacerdotem. *Wieniecz*, incorporata pro concionatore canonico ecclesiae cathedralis; residet circa ecclesiam vicarius Albertus de Uiazd, vir honestus et gravis, sed cremati insignis potator. *Jaxicze*, habet plebanum sacerdotem a triginta quattuor annis residentem. *Ostrów*, habet plebanum sacerdotem residentem; habet Missale praeclarum impressum Moguntiae. *Góra*, habet plebanum sacerdotem residentem. *Murzyno*, habet plebanum sacerdotem residentem. *Branno*, habet sacerdotem plebanum. *Stońsko*, habet sacerdotem plebanum. In visitationis libro.

Absentes.

Brzestensis, R. D. Albertus Borukowski. *Krosinensis*, Thomas Zakrzewski. *Kowalensis*, Stanislaus

Gajewniczki. *Ibidem* praebendarius castrensis Marcianus Czarkowski. *Kłobia* minor, post demortuum non habet pastorem. *Białotarczek*, Thomas Zakrzewski. *Kłotno*, neque plebanum neque vicarium habet praesentem. *Lubień*, oppidum nobile. post obitum Stanislai de Orlow non habet pastorem. *Chodecz*, Nicolaus Sobiekurski. *Chocień*, post administrationem Alberti Ciszewski laici, pastore caret. *Lubraniec*, Mathias Chlewiczki. *Zgłowiątka*, unita monasterio Lubranecensi, multos habet sacerdotes. *Izbica*, R. Petrus Wyszczelski canonicus Wladislaviensis. *Brdów*, Petrus Piotrowski. *Lubotin*, plebano legitimo caret. *Małkosino*, Baltazar Sierakowski laicus. *Warzimowo*, nullum plebanum aut sacerdotem habet; patronus Christopherus Sokołowski abutitur bonis ecclesiae. *Polanowicze*, Albertus Dramiński laicus. *Ludziczko*, post uxorationem Simonis Żegiczki laici, legitimo caret pastore. *Gąbice*, oppidum, Mathias de Zapolia. *Kruszowicza*, Collegiata, quamvis habet viginti quattuor Praelatos et Canonicos bene dotatos, duorum tamen sacerdotum opera tantum administrantur Sacramenta. *Chełmce*, Jacobus Żardeczki vicarius Wladislaviensis. *Ostrów*, Stanislaus Rzeciczki psalterista et notarius Capituli Wladislaviensis. *Rzeciczka*, plebanus idem, qui supra. *Kaczewo*, Małkoski laicus. Haec ecclesia misere administratur, nam ultra annum carebet sacerdote; nunc autem incolae sumptu proprio ordinaverunt sacerdotem, amore vetustioris religionis. *Bytom*, caret plebano, habet tamen sacerdotem Stanislaum Szemroccki. *Płowce*, caret plebano, manet tamen in domo plebanali quidam Abraham uxoratus, sectae Radzieiowiensis minister. *Witowo*, Jacobus Drwalewski, subdiaconus, habet vicarium Joannem de Koniecz. *Krzywosądza*, caret plebano, habet tamen sacerdotem Franciscum de Lowicz. *Broniewo*, a viginti annis caret plebano nullumque habet sacerdotem. *Bronisław*, Gosliczki laicus, sacerdotem non habet. *Sędzino*, Laurentius Gosliczki diaconus, habet sacerdotem. *Swinarzewo*, Nicolaus Wysozcki, canonicus Crusviciensis, absque alio secerdote manet. *Kosciół*, V. D. Mathias

Wyszelski. *Osiężymy*, Michael Szczeciński, hic dicitur contra iura institutus fuisse. *Dąbie*, Nicolaus de Radzanow. *Zbrachlin*, Joannes Piotrkowski, canonicus Crusviciensis; negligentissimum habet vicarium, qui denuntiat abscensionem; nullum clericum, qui sacerdoti sacrificanti ministret habet. *Raciqż*, Stanislaus Zaleski, vicarius Wladislaviensis, raro accedit et cito recedit. *Ostrowąż*, Martinus de Płońsko, vicarius plocensis. *Straszewo*, Andreas Wieniecz, vicarius Wladislaviensis rarissimus apud Ecclesiam. *Chlewiska*, Joannes Chroslin, vicarius Wladislaviensis, rarissimus apparet. *Brodnia*, Stanislaus Kaski, vicarius Wladislaviensis. *Parkanie*, Sebastianus Koskowski, qui in hac ecclesia rarissimus est. *Gniewkowo*, oppidum regium, Nicolaus Kobielski, laicus. *Ostrów*, caret fere a decem annis pastore; commendata est tunc per Ven. Dnum Vicarium Generalem Martino Traskowski in Szawłowice plebano. *Szawłowice*, Martinus Traskowski in superiori parochiali veluti Commendarius residet, habet tamen hic sacerdotem. *Orłów*, villa regia, Stanislaus Barski, laicus, servitor Reverendissimi Cracoviensis. *Dibów*, idem Stanislaus Barski, olim nullum habuit sacerdotem, at nunc habet. *Plonkowo* maior; haec ab annis quattuor est depravata; habet in domo plebanali, post eiectionem Michaelis catholici plebani, Joannem uxoratum, qui polonice Missam adulterinam decantat. *Liskowo*, haec parochialis ab annis tredecim sectarios cepit habere, habetque quendam sectarium Irzik. Est hic et alius luteranus, ex Moravia pulsus, in domo vicariali manet, Matias nomine. *Tuczno*, a quinquennio vacat; habetur tamen sacerdos; Nicolaus Glembozcki occupat agros. *Dzwierzno*, villa episcopalis, caret illius ecclesia legitimo pastore, a duodecim annis habet sacerdotem Odardum, ut horreat illius aspectus. *Lisowo*, profanata, agri per Niemoiowski et Mosczeniński occupati; schola per eosdem sectae luteranae instituta; manet in ea Andreas haereticus. *Dambrówka*, plebanus Sebastianus Rudniczki laicus, habet tamen sacerdotem. *Labisin*, plebanus Joannes Pawtarzalka laicus, a septem annis eam tenet, sunt duo sacerdotes

Barczno, profanata, Joannes Kuska haereticus; schola instituta. *Kosczielec*, caret a duobus annis praeposito; sex Mansionarii debent esse, et tantum duo. *Juniwladislaviensis* plebanus laicus, habet duos sacerdotes. *Poranie*, habet plebanum sacerdotem, habet et vicarium. *Służewo*, Mathias Wyszelski; tres sacerdotes Mansionarii, qui et onus vicariae explent. ratione cuius nihil accipiunt a plebano, prout ab aliis. *Koneczko*, templum exustum; plebanus Kamionaczki industrius haereticus. *Bantkow*, Mathias Zabloczki rarissime et nonnisi pro pecunia parochialem visitat.

Plurales. *ty posiadający kilka beneficjów*

Brzestensis, R. Albertus Borukowski. Thomas Zakrzewski *Krossiensis* plebanus. Stanislaus Gajewniczki plebanus *Kowaliensis* triplex. *Świerczino*, Nicolaus. *Brdów* Petrus Piotrkowski. *Gąbice*, Mathias de Zapolice. *Ostrów*, Stanislaus Rzeciczki. *Koszcioł*, Mathias Wyszelski, Doctor medicinae canonicus *Wladislaviensis*. *Dąbie*, Nicolaus de Radzanow. *Zalczewo*, Albertus de Sokołow, a triginta annis residet absque sacerdote. *Szawłowice*, Martinus Traskowski, in altera parochus, in altera commendarius; nulli satisfacit. *Goreczki* in *Grabie* plebanus sacerdos, aliam parochialem habet, vicarium monachum fovet. Mathias Zabloczki in *Bątkowo* plebanus, habet aliam parochiam in dioecesi Posnaniensi, pro pecunia accipienda visitat.

*fater nad
fater*

Scandala publica.

Brestae publicus adulter, retinet mulierem, quae habet alterum virum. In minore *Kłobia* Petrus Czechowski, vicarius. *Chalnia* habet plebanum Laurentium Wolski, qui nec per se Missas celebrat, nec sacramenta administrat, nec plerumque toto biennio habet sacerdotem: vide depositiones testium. *Isdbica*, duo sacerdotes, bibitores. *Swiniarzewo*, plebanus

Nicolaus Wysoczki, tenet mulierem clamosam, imperiosam. *Ostrowąż*, habet vicarium Stanislaum de Lubiewo, fortiter libere solitum. *Parkanie*, Thomas de Pokoscz, bibitor; ibidem quidam Bartholomaeus bigamus. *Szawlowice*, habet sacerdotem Joannem de Strzelno, de chartis lusoriis non parcentem; plerumque tota nocte in sola interula sedet ludendo in caupona. Ibidem, colonus Stephanus Kucz duxit uxorem de villa Dobre maritatum, quae duos antea habebat viros canonicè sibi copulatos, quorum primus, ut ipsa asserit, mortuus est, secundus vero Bartholomaeus, manet in villa Baczczewo, Dni Łochoczki, qui Łochoczki separavit illos privata auctoritate, ob levia argumenta furti, permisitque dicto Bartholomaeo aliam superinducere. *Dibow*, habet sacerdotem Stanislaum de Gniewkow, qui in praeterito iubilaeo, dum populus ad confessionem tumultuaretur, turmatim eos separabat, concione adhibita, ut secederet qui graviori peccato mortali sit sauciatus; et post generalem confessionem absolutos, refectione sacrosancti Sacramenti refecit. Plebanus in *Jaxice*: vide in Visitatione. Circa ecclesiam in *Kościelec* presbyter Paulus potator, et sine confessione celebrans. *Iuniwladislaviae* in monasterio Franciscanorum monachus apostata profugus, scandalosus. Plebanus in *Góra* scandalosus mulieres imperiosas fovens; item in *Murzino*.

Cultus divinus negligitur.

In praebenda *Kowalensi* nullum officium divinum exercetur. *Chalnia* aliquando toto biennio ab officiis ecclesiasticis vacat, negligentia plebani Laurentii Wolski. *Zbrachlin*, non habet nec ludimagistrum, nec cantorem, nec qualemcumque clericum, qui sacrificantem sacerdotem in ministerio iuvet. Circa ecclesiam in *Kosczielecz*, vide Visit. *Iuniwladislaviae* a 15 annis cultus divinus negligitur.

Bene administrantur.

Brzestensi, Kowaliensi apud hospitale pauperum et parochialis. Grabkowiensis. Isdbicza. Kosczieski: hic Sacramenta pulchro ordine administrantur. Ludzicko, quamvis careat plebano. Ostrow circa Gębice, plebani diligentia omnia bene administrantur.

Aedificia collapsa.

Ad praebendam *Kowalensem*, sacellum muratum igne absumptum, nondum restitutum; duo altaria diruta. *Chalnia*, parochialis murata, tectum ex vetustate rimarum plenum habet; altaria sordidissime vestita, baptisterium collapsum, domus plebanalis exusta. *Lubotin*, Domus plebanalis collapsa, templum et campanile indigent non mediocri refectione. *Broniszewo*, non habet domum vicarii nec scholam. *Ludziczko*, parietes templi ruinam minantur, tectum collapsum, pro domo plebanali area nuda. *Gębice*, negligentia plebani scholae aedificium cum tecto collapsum. *Kruswiczka* Collegiata, desiderantur duae domus pro sacerdotibus; sepius coemiterii certa pars ad domum Praepositi ablata, ac in usus privatos conversa, tectura indiget. *Liskowo*, ex eadem imagines, autore Irziko haeretico, eiectae et statua, ubi sanctissimum Christi Corpus servabatur, et altaria diruta, restat altare maius. *Rzeczicza*, hic, quia plebanus raro apparet, ecclesia et tectum illius diligenti indiget reparatione; ossorium humanis plenum ossibus, collapsum et propter nimiam vetustatem in omnibus quattuor angulis dirutum. *Kaczewo*, templum cum suis attinentiis collapsum negligentia plebani. *Płowce*, templum hoc miserabiliter afflictum est, nam suis ornamentis est spoliatum, imagines, vexilla ecclesiastica et alia suis sunt mota locis. *Krzivosądza*, habet tectum ecclesiae laceratum et coemiterium non septum. *Sądzino*, hic

coemiterium tantum vestigium suae circumferentiae retinet, solam domunculam Vicarii, absque domo plebanali habet. *Osięczyny*, templum, campanile, ossorium, sepe coemiterii, omnia in sui reparatione neglecta. *Dąbie*, templum et sepe coemiterii diligenti indigent reparatione. *Zbrachlin*, coemiterium non septum, aditus undique patet quibusvis bestiis; in templo fere nulla mundicies, nec qualiacumque simplicia scabella. *Chlewiska*, coemiterium misere collapsum et annihilatum. *Brodnia*, coemiterium collapsum. *Parkanie*, coemiterium misere collapsum. *Gniewkowo*, ob non residentiam plebani et praedecessorum, domus plebanalis misere collapsa et prope ad nudam redacta aream, est et alia area nuda pro domicilio sacerdotis. *Ostrow*, Commendarius nullam templi, nec coemiterii, nec domus plebanalis, penitus desolatae, curam habet. *Szawłowice*, domus hic plebanalis desolata, coemiterium tamen in parte septum. *Orłow*, villa regia, campanile diligentia victricorum exaedificatum, sed adhuc tam desuper, quam a latere, tectura indiget. *Tuczno*, domus plebanalis desolata, schola ruinam minatur. *Służewo*, domus plebanalis indiget reformatione. *Bantkow*, campana rupta, ossorium nudum.

Agri plebanales occupati.

Covalensis, agri et prata per D. Capitaneum. *Potajewo*, collatores agros plebanales excolunt, nec inde cuique solvunt, nec decimas ex suis praedialibus agris plebano solvunt. *Skolsko*, D. Joannes Tomiczki castellanus Gnesnensis, certos agros dotis plebanalis et prata illis contigua, suis bonis Paniewo nuncupatis, ratione contiguitatis, adiunxit. *Piotrkow*, habet plebanus in hac villa agros in tribus campis, prout et reliqui incolae, sunt et tres emetones et tabernae duae cum suis agris, quae omnia occupata sunt, una cum domo plebanali, per nobiles. *Krzywosądza*, habet duos mansos agri, quos Domina castellana Crusviciensis excolit. *Zakrzewo*, dotis plebana-

lis unus mansus per Dominos Zakrzewskie occupatur. *Ostrow*, agros dotis plebanalis collator nobilis Petrus Ostrowski excolit, caeterasque ecclesiae obventiones ad suum colligit arbitrium et nonnullos agros plebanales suis colonis in capita divisit. *Płonkowo* maior, agri plebanales per D. D. Kaczkowski et Płonkowski arantur, ac decimae manipulares percipiuntur. *Liskowo*, unum mansum excolit haereticus Irzik, alium locatus agricola, dictus Tworek. Ad ecclesiam in *Kosczielec*, villam Wilkowo, Palatinus Juniwladislaviensis, et aliam Popowicze, Joannes de Kosczielec, occupant.

Agri arendati.

Białotarczek. *Dąbie*, agros dotis plebanalis arendavit plebanus nobili Thomae Damski. *Zbrachlin*, plebanus agros dotis plebanalis locavit R. D. Bliński, certa summa pecuniæ. *Racisz*, prata et agri plebanales per plebanum Martino Wichorski, civi Nieszaviensi ad triennium locati. *Straszewo*, agros dotis plebanalis plebanus incolis ad arendam conducit. *Juniwladislaviae* domus plebanalis Alberto Niemojowski haeretico est arendata, in qua ipse et eius familiares servitores manent, despectusque magnos ecclesiae et scholae faciunt.

Agri temere alienati.

Plebanus *Kowalensis* villam dictam Żakowice, duodecim mansos agri habentem, alienavit. Ibidem per Martinum Czarkowski a praebenda castrensis capellae alienati duo mansi agri. Ibidem duodecem artifices ad eandem praebendam spectantes, per Dominum Capitaneum occupantur.

Onera Episcoporum atque Cleri.

1 Bona per saeculares occupata. 2 Decimarum amissio. 3 Iniuriae fundorum, 4 Pohory. 5 Lites.

6 Łupiestwo żołnierzów. 7 Consilia. 8 Legationes.
9 Commissiones. 10 Coronationes. 11 Tribunal. 12
Seminaria. 13 Puste kościoły. 14 Onera Ecclesiarum.
15 Fabrica, woski, vina. 16 Ochędostwo kościelne.
18 Contributiones. 19 Donativa. 20 Drukowanie ksiąg
kościelnych. 21 Spitale. 22 Szkoły. 23 Dwór. 24
Hospitalitas. 25 Eleemosiny.



8. Pariser...
9. Commission...
10. ...
11. ...
12. ...
13. ...
14. ...
15. ...
16. ...
17. ...
18. ...
19. ...
20. ...
21. ...
22. ...
23. ...
24. ...
25. ...



INDEX ECCLESIIARUM.

(Nomina hodierna ponuntur).

- Barcin 232.
Bądkowo 168, 232, 235.
Białotarsk 230, 236.
Bienna 229.
Bobrowniki 132.
Branno 197, 229.
Brdów 39, 217, 230, 232.
Brodnia 231, 235.
Broniewo 93, 223, 230.
Bronisław 81, 222, 230.
Broniszewo 69, 220, 234.
Brześć 229, 232, 234.
Byczyna 109, 226, 229.
Bytów 99, 224, 230.
Chalno 232, 233, 234.
Chełmce 19, 215, 230.
Chełmica 199.
Chlewiska 179, 231, 235.
Choceń 230.
Chodecz 230.
Dąbie 231, 232, 235, 236.
Dąbrówka 231.
Dybów 184, 231, 233.
Dzwierzno 231.
Gębice 230, 232, 234.
Gniewkowo 231, 235.
Góra 229, 233.
Grabie 181, 232.
Grabkowo 234.
Jaksice 229, 233.
Inowrocław 232, 233, 236.
Iżbica 45, 218, 230, 232, 234.
Kaczewo 23, 216, 230, 234.
Kłobnia 229.
Kłóbka 230, 232.
Kłotno 228, 230.
Kobielce 229.
Koneck 193.
Kościelec 232, 233, 236.
Kościelna Wieś 230, 232.
Kościeszki 229, 234.
Kowal 226, 229, 232, 233, 234,
235, 236.
Kraświca 230, 234.
Kruszyn 229, 232.
Krzywosądza 86, 223, 230, 234,
235.
Lisewo 231.
Liszkowo 231, 234, 236.
Lubanie 164.
Lubień 228, 230.
Lubotyń 33, 217, 230, 234.
Lubraniec 230.
Ludzisk 230, 234.
Łabiszyn 231.
Łanięta 229.
Łowiczek 172.
Małoszyn 61, 219, 230.
Murzynno 229, 233.
Nieszawa 117.
Orle 58, 219, 229.
Orłowo 231, 235.
Osięciny 231, 235.
Ostrowąs 161, 231, 233.
Ostrowite 203.
Ostrowo ad Gembice 229, 231
234.
et ad Gopło 76, 230, 232,
222, 229, 235, 236.
Parkanie 231, 233, 235.

Piaski 93, 225, 229.
Piotrkowo 27, 114, 217, 229,
235.
Pieranie 232.
Piórowa Wola 228.
Płonkowo 231, 236.
Płowce 106, 224, 230, 234.
Polanowice 230.
Połajewo 73, 221, 229, 235.
Przedecz 229.
Przypust 128.
Raciążek 136, 231, 236.
Radziejów 4, 214.
Rzeczycza 73, 221, 230, 234.
Rzadkwin 229.
Sadlno 63, 220.
Sędzin 230, 234.
Siniarzewo 190, 230, 232.
Skulsk 229, 235.

Sławsk 229.
Słońsko 187, 229.
Służewo 146, 232, 235.
Smiłowice 229.
Stodoły 229.
Straszewo 177, 231, 236.
Świerczyn 229, 232.
Szadłowice 231, 232, 233, 235.
Szpital 210.
Tuczno 231, 235.
Warzymowo 230.
Wieniec 229.
Witowo 101, 224, 230.
Zaduszniaki 206.
Zakrzewo 196, 232, 235.
Zbrachlin 166, 231, 233, 235,
236.
Zgłowiączka 230.

1.

